a ¶ Apicibus.Dicit d.Alex.ꝙ hæc dicta Pau.continẽt magnã diuinationẽ: ideo ipſe ſequitur opi. Ang.in l.ſi ſeruus.§.ſi pluriũ.s.ſi quis cau.& Ange. hic Imol.in §.ſi quis.s.l.j.& ipſemet ibidẽ Cy.poſt Pet.ĩ l.ueteris. C.de contrahen.& cõmit.ſtip.Gul.de Cug. Iac. Bu.in l.iuriſgentiũ pactorum.s.de pact.Raph.& Imo.in l.ſi ſic la ij.j.e.Si autẽ plures principales facerent pacem,& promitterent quilibet inſolidũ inuicẽ de nõ offendendo,cenſeatur correi,ut uno offenſo omnes agere poſſint:uide per Bart. ĩ auth.hoc ita.C.de duo.reis.in fin.infra tit.j.Bart.in l.ij.C.de libe. & eorum liber. p ipſum Paul.in l.ſi id quod.infra tit.j.

diſtinguit,ſed non ꝑfectè tangitur in Spe. de arbi.§. fi.verſi.quid ſi plura & verſi.an autem.vbi omnino vide,ſed plenius in §. Cato.

## L E X IIII.

1 *Si nomine pœnæ promiſſum eſt aliquid indiuiduum,vt domum fabricare, an vno ex hæredibus promiſſoris contrafaciente poſſit ſtipulator à quocunque ipſorum petere totam pœnam,& nu.1. & 5.*

3 *Si eam conſecutus eſt ab illo qui non uenit contra an ille recuperet omnes expenſas ab eo qui contra venit,& nu 2.*

4 *Stipulatio rem reſtitui an diuidatur inter hæredes, & quid in ſtipulatione rem tradi.*

5 *In ſtipulatione facti indiuidui quando vno ex hæredibus promiſſoris contrafaciente committatur ſtipulatio niſi pro parte contrafacientis, & quando ad ſolidam pœnam.*

6 *Stipulatio amplius non agi,an ſit diuidua,*

7 *Stipulatio an & quando committatur inſolidum quando factum eſt diuiduum,& promiſſor principalis facit pro parte tantum.*

*Quid in præparatorijs.*

*Quid ſi eſſent plura facta.*

*Quid ſi plures promiſerunt.*

*Quid ſi contrafaciens fuit impeditus.*

*Quid in obligationibus dandi.*

8 *Statutum ſi dicat quòd occidens decapitetur niſi habeat pacem ab hæredibus offenſi;an tunc ſufficiat habere pacem ab vno.*

# DAdem dicemus.

1 §.Cato libro.†Pena adiecta ſtipl'oni contincti indiuiduũ cõmittitur
inſolidũ ꝯ oẽs hr̃des ꝓmiſſoris, videlicet quẽlibet ꝑ hr̃ditaria portione,ẽt ſi ꝑ vnũ tm̃ ex eis factũ fuerit ꝯ ſtipl'onẽ,hoc primo. Sed
ſi ſtipl'o cõtinet factũ diuiduũ cõmittitur ꝯ illũ ſolum ꝓ portione
ſua duntaxat,hoc ſcđo.Sed ſi ipſe ꝓmiſſor veniat ꝯ pro parte,cõ
mittitur indiſtincte inſolidũ ſi factũ erat diuiduũ,hoc tertio,& vlti
mo dicit totus §.quẽ diuide,q̃a primo ponit dictũ Catonis bimẽ-
bre:vſq; ibi,{aut ab oib.}Scđo ꝓſequitur vtrũq; mẽbrũ declaran-
do in quo caſu locũ habeat quodlibet eorũ,horũ ponendo exem
pla,& de primo mẽbro,duo quorũ vnũ eſt affirmatiuũ, vt ita fie-
ri,aliud negatiuũ,vt ꝑ te non fieri quo minus mihi agere liceat per
fundũ tuum.de ſcđo ſil'r ponit vnum negatiuũ, puta ſi promiſiſti
nõ agere,& hoc vſq ibi,{& dñæ hanc eſſe rõnem &c.} poſtea in
ver. {ſed videamus.} addit exẽplũ affirmatiuũ in ſtipl'one rati, vt ſi
ꝓmiſiſti Titiũ hr̃dẽq; ſuum ratum habiturũ.Tertio in §.Idẽ.ponit
rõnẽ diuerſitatis inter primũ membrũ, & ſ'm, vſq; ibi: (ſed videamus.)Quarto in illo uer.reuocat,in dubiũ vtrũ qđ s̃.poſuerat pro
cõſtãti. ſ. ꝙ ſtipl'o iter fieri, & ſtipl'o ꝑ te nõ fieri quominus liceat
tibi agere, ſunt ſtipl'ones facti indiuidui, & quærit an hoc ſit verũ
in ſtipl'one ꝑ te nõ fieri,vt ſic ęquiparetur ſtipu.iter fieri,an autem
ſit ſtipl'o facti indiuidui, & ſic ęquiparetur ſtipl'oni de rato. Azo
rñdet,ꝙ nõ ęquiparetur ſtipl'oni de rato,q̃a illa eſt diuidua,ſed po
tius ſtipl'oni iter fieri,quæ eſt indiuidua, & ibi ſtat tota ſcrupuloſitas tex.iſtius §.quia cętera dicta ſunt clara,& hoc vſq; quaſi ad fin.
ibi,(quamuis.)Quinto & vltimo,q̃a s̃.dixerat qñ vnus ex hr̃dibus
ꝓmiſſoris fecit ꝯ,determinat q̃d iuris qñ ipſe ꝓmiſſor faceret ꝯ ꝓ
parte, licèt ſit de facto diuiduo q̃tũ ad hoc, vt euitet cõmiſſionẽ
pęnę,immo cõmittet̃ pęna inſolidũ ꝯ eũ, ẽt ſi in modico feciſſet ꝯ
rium,dicit Spec.in loco.s̃. ꝓximè alleg. ꝙ ſi promiſiſſet dare centũ
ſub pœna ẽt ſi non ſoluiſſes xcix.ꝑꝑ vnũ nõ ſolutũ,nõ cõmitteretur pœna in totũ, facit auth. q̃ rẽ de ſacroſan. eccl. & in l.cõi diui.ĩ
prin.s̃.cõi diui.quia quãtũ ad pœnã illa ſumma de centũ eſt in cõditione.ſ.ſi non ſolueris,& ꝯdõ non recipit diuiſionẽ, ſed formal'r
dẽt impleri,vt l.q̃ hæredi.de ꝯdi.& dem.Et aduerte, ꝙ iſte §.fraternizat cũ §.Itẽ ſi in facto. q̃ eſt de medulla iſtius, nã vterq; loquitur
qual'r cõmittit̃ ſtipl'o ſecudaria ad pœnã,vel intereſſe, non autem
qual'r cõmittitur principalis ad ipſum factũ indiuiduũ, de iſto eñ
nihil in iſtis tex.licèt Bar.in primis trib. oppõnib. quas hic facit aggrediat̃ hunc artic. q̃ magis cadit in l. ſtipl'ones nõ diuidunt̃. & ex
his q̃ ibi no. ꝑficit̃, nã Bal.hic tangit oĩa,ſed q̃dã dicta Cyn.& Pe.in
l. ꝓ hr̃ditarijs.C.de hr̃di.act.& hoc facit cã ordinãdi cõmentũ ſuũ,
ſed in tribus iſte §.gñalior eſt q̃ §.Itẽ ſi in facto. ĩmo ille §.cũ ſeq.loquit̃ dũtaxat de quatuor ſtipulationib.ꝯtinentib.indiuiduũ,hic verò gñal'r de qualibet indiuiduũ cõtinẽte.Itẽ ille §.loq̃t̃ tm̃ de ſtipu
latione cõtinente indiuiduũ,iſte verò ẽt de ꝯtinẽte diuiduũ. Item
ille §.ſolũ loq̃t̃ qñ vnus ex hæredib ꝓmiſſoris facit ꝯ,vel vni ex hæ
redib.ſtipulatoris fiat ꝯ.iſte verò tã de his loq̃t̃, q̃ ẽt qñ ipſe promiſ
ſor facit ꝯ ꝓ parte,& pro illa parte implet, vt ſibi hoc non ꝓſit, &
hoc patet in fi. ꝙ autẽ hic loquitur ẽt qñ vni ex hr̃dib. ſtipulatoris
fiat ꝯ,patet circa fi.dũ dicit,ꝙ ſolus aget à quo fuit petitũ licèt ĩ prę
cedentib.loquatur qñ vnus ex hr̃dib. ꝓmiſſoris facit ꝯ, & ſic in facto diuiduo non refert an vnus ex hr̃dib. promiſſoris faciat ꝯ, an
vni ex hr̃dib.ſtipulatoris fiat ꝯ, q̃a neutro caſu cõmittitur pęna ẽt
mero iure niſi ꝓ parte illius,& hoc dixit gl.j.in fi.in §.Itẽ ſi in facto,
licèt qñ factũ eſt diuiduũ diſtinguatur inter pœnã, & intereſſe, vt
ibi diſtinguit gl.Cõtra verò §.generalior eſt q̃ iſte in vno, quia hic
loquitur ſolum qñ committitur ſtipl'o ad pœnam ſi fuit promiſ
ſa,ibi uerò qualiter committitur ẽt intereſſe ſi non fuit ꝓmiſſa In
2 prin.tex.ibi,{certę pecunię.}¶ † Sed quid ſi noĩe pœnæ ꝓmiſſum
eſt aliquid indiuiduum:vt domum fabricare, dixit Petr. ꝙ vno ex
hr̃dib.ꝯ faciente põt ſtipulator à quocunque ipſorum petere totã
pœnam; tñ debet offerre partem ęſtimationis per l.cum filius,de
leg.iij.Bar.ſup hoc dubitauit, & indeciſum reliquit. Ange.dicit,ꝙ
nihil habet offerre,q̃a tota domus debetur ei, ſed ſi eam conſecutus eſt ab illo qui non venit ꝯ, recuperat ille oẽs expenſas ab eo q̃
ꝯueniat.Illud tñ vr̃ verũ qñ factũ principal'r erat indiuiduũ, vt tũc
poſſit agere ꝯ quemlibet inſolidũ ad ſolidã pœnam, ſed ſi erat diuiduum ꝯ illum ſolum qui venit ꝯ,agit ad totam pœnam cũ effectu poſtq̃ eſt diuidua,alias ageret ad partẽ pœnæ, vt hic.& ꝑ hoc
3 expenditur q̃cq̃d dixit Bar.in j.q.¶†In tex.ibi,(pro portione hæreditaria.)ſed non cõtrafaciẽtes recuperant à ꝯfaciente, vt in §.Item
ſi in facto.verſi.ſed fa.erciſ.ꝑ quem iſte tex.ſuppletur,& ille ꝑ iſtũ,
cum illa verba ibi non ponantur:hoc tñ verum cũ agitur ad pęnã
diuiduã,ſi verò ad ipſum indiuiduũ, qđ principal'r deductũ fuit in
ſtipl'one,tunc ꝯ quemlibet agitur inſolidũ,ſiue ſit indiuiduũ naturaliter,vt ſeruitus,vt in l.ij.§.ex his.ver. & ideo. ſiue accidentaliter:
vt facta,vt j.eo.l.ſtipl'ones non diuiduntur. nã multa ſunt facta, q̃
nãl'r pñt fieri pro parte,& in ſtipl'one pro parte deduci, vt inſulã fa
bricare, foſſam fodere, & fundũ tradi, ſed poſtq̃ ſunt deducta in
totũ dñr indiuidua,vt obligatio deſcendat in quẽlibet ex hr̃dib.in
ſolidũ,nec ponitur pro parte fieri,vt cõtingat liberatio, & ſic ſunt
4 indiuidua quo ad obligationẽ,& ſol'onẽ, non quo ad ꝯctũ.†Fallit
tñ hoc in ſtipl'one rem reſtitui,nam reſtõ ad factũ indiuiduũ, quia
pro parte fieri non poteſt ẽt nãl'r ſi fienda eſt de re mobili,vt in l.ſi
duo.s̃.depo.& aliqñ de immobili,& tñ obligatio ad rẽ reſtituẽdã,
diuiditur inter hr̃des,ſiue ꝓueniat ex ꝯctu bonæfidei, ut in l.iij.§.ſi
hæres.s̃.cõmo.ſiue ſit actio ſtricti iuris, vt in l.in ꝯdõne. s̃. de cõdi.
fur.& l.ſi plures.de vi & vi ar.non ſic in ſtipl'one rẽ tradi, q̃ eſt diui
dua ſicut,& alia facta q̃bus cõparatur,vt patet in d.l.ſtipulationes
non diuiduntur. ꝑꝑ qđ dicit Bart. & ipſam eſſe indiuiduã quo ad
obligationẽ.Et aſſignat rõnem diuerſitatis, q̃a rem tradi hẽt nãm
meri facti in alijs, q̃a ſtatim poſt morã ſuccedit in ea obligatio,vt
in ea.l.patet,ideo ẽt in hoc ſequitur nãm aliorũ factorum, vt ſit in
diuidua quo ad obligationẽ. Sed obligatio rem reſtitui participat
de nã dationis,q̃a ꝑꝑ ſolã morã non ſtatim ſuccedit obligatio ad
ęſtimationẽ,ſed re perempta bñ ſuccedit,& in hoc participat nãm
facti,ideo in ea ſeruatur media via,vt ſit diuidua quo ad obligatio
nem,& indiuidua quo ad ſol'onẽ, & iſtud fuit da mente Dyn.qui
oĩa facta poſuit in duo mẽbra, & rẽ reſtitui in alio mẽbro reiectis
opinionibus multorũ,qui dicebant obligationẽ rẽ tradi nõ differ
re ab obligatione rem reſtitui, nec econuerſo, ſed ꝙ eſſet fienda
dr̃ia,ex quo ꝯctu deſcendãt an à bonæfidei, vel ſtricti iuris, & alij
dicebãt an ex ꝯctu qui celebratur verbis, an ex eo qui celebratur
re,quas oẽs opi.Bar.reprobat ꝑ illã l.in ꝯdõne. de ꝯdi. fur. & hæc
oĩa plenè ꝑ eum in l.ſtipl'ones non diuiduntur. in viij. ꝯrio. Sed ꝯ
Bar.argue ꝙ obligatio rem tradi ſit indiuidua, primo q̃a licèt ĩ ea
ſtatim poſt moram ſuccedat obl'o ad æſtimationem, attñ ſi debitor hẽt facultatem rei tradendæ põt præciſè cõpelli ad tradendũ,
& ſic participat de nã dationis,vt in l.j.in prin. de act. emp. in gl.q̃
ẽt firmat,& tenet Bar.in l.ſtipl'ones non diuiduntur. in viij.q.verſ.
ad tertiũ venio.Præterea Bart. in tertio ꝯrio illius legis dicit, quòd
obligatio fundũ tradi nõ eſt indiuidua ea rõne,ꝙ pars tradita nõ
afferat vtilitatem tantam reſpectu partis, quantam tota reſpectu
totius,immo affert,ſed ideo eſt indiuidua,ne ſi ꝯrium diceremus,
contingat, ꝙ in duab. reb. fiat ſol. q̃a ſi tradat partẽ,liberaretur ab
illa & ad alterã non poterat præciſè cõpelli,ſed liberaretur ſoluen
do intereſſe,ideo dr̃ indiuidua ꝑꝑ hoc ſolũ,ne in diuerſis reb. cõtingat ſol.fieri.Sed iſtud fundm̃ falſum eſt,immo poteſt compelli
præciſè ad alteram partem,ſi habet facultatem tradendi. vt s̃ dixi,
& ſic illud incõueniens non põt reſultare, & poſito ꝙ eſſet verũ,
non ſequitur ex eo,ꝙ eſſet indiuidua quo ad obligationem, vt pa
tet in obligatione generis, & alternatiua, quę ſunt indiuiduæ
illa ratione, tamen diuiduæ quo ad obligationem, licèt indiuiduæ quo ad ſolutionem, ut in l. ij. §. j. in fin. & ibi not. in vlt.glo.
mag.& etiam in §. ex his. in j. colu. Præterea text. habemus multos, quòd obligatio rem tradi ex vltima voluntate diuiditur inter hæredes,vt l.turpia.§.fi.& l.ſi tibi homo.§.ſi fundum.de legat.j.
cum multis ſi.ideo vr̃ dicendum, ꝙ eiuſdem ſunt naturæ cũ obligatione rem reſtitui.Et hoc quidam dixerunt dicentes, ꝙ licet in
l.ſtipulationes non diui.rem tradi,iungitur cum alijs factis, & ſolũ
aſſimilat eis in hoc,ꝙ eſt indiuidua ſicut & alia facta, nõ tñ ꝑ oĩa,
ſed quo ad ſol. tm̃; alia vero ẽt quo ad obligationẽ, & hoc maxime vr̃ verum qñ ordinatur ad traditionem dñij,vel quaſi dñij,vt
eſt illa qua tenetur uenditor, nã puto ſine dubio eam diuidi inter
hæredes,& hoc eſt vtile, quia non debet agi niſi pro parte contra
aliquẽ iſtorum,& cõdemnatio fieri debet pro parte, licet traditio
non poſſit pro parte fieri,ut in l.ſi duo,in fin.s̃.depo.& ſi ageretur
inſolidum, puniretur tanq̃ plus petens, ſed do. Raph. tenet econuerſo,ꝙ obligatio rem reſtitui eſt indiuidua, ſicut obligatio rem
tradi,

tradi,& ad hoc l.iij.§.ſi hæres.cõmo. Rñdit, ꝙ dẽt intelligi in obli-
gatione ſecundaria quæ ꝯhiꝫ ad æſtimationẽ.quia res non reſtitui
tur,qđ eſt una truffa,& non põt tolerari,& expreſſe ꝯ illã l.in ꝯdõ
ne.de ꝯdi.furt. vbi ꝯdõ furtiua diuidiꝫ inter hr̃des, poſito aũt ꝙ
obligatio rẽ reſtitui vel rẽ tradi diuidaꝫ.inter hr̃des,ſi tñ unus eo-
rum habet facultatẽ rei reſtituendæ uel tradendæ, põt inſolidum
conueniri,qđ eſt mirabile, ut detur actio in plus ꝗ̃ ſit obligatio,vt
d.§.ſi hæres.in fin. hoc tñ deſcenderet ex ꝯ̃ctu bonæfidei. Si autẽ
eſſet actio ſtricti iuris,diſtinguitur an concurrat cũ ea rei vendi.&
idem,quia attrahit ad ſe nãm illius, ꝗ̃ eſt vt detur ꝯ poſſeſſorẽ,niſi
fuerit lis conteſt.in ea,qa diuiditur inter hr̃des ſicut actio perſona
lis,vt l.ij.§.fi.de præto.ſtipu.Sed ſi rei vendicatio nõ concurrat,da-
tur pro parte ꝯ quemlibet, licèt unus habeat facultatem rei tradẽ-
dæ,& non ꝯ illum ſolum,ut l.ſi tibi homo.§. cum fundus. de leg.j.
ſm Bar.qui in hoc ſecutus eſt Dyn. qui dicit iſta verba in l. ſi fun-
dum.§.ſi tu ex parte.ad leg.Falci.& ſic Bar. ſentit ꝑ hoc, ꝙ obliga-
tio rem tradi qñ cum ea concurrit vendõ, ſit diuidua, & non deꝫ
niſi pro parte,cuius ꝯ̃riũ voluit in l.ſtipl'ones. Ego aũt dico in hoc
vltimo arti. ꝙ eſt in obl'one rẽ reſtitui, cũ habeat ſſitudinẽ cũ rei
vend.ſit verũ indiſtincte,ꝙ ſiue ſit bonæfidei,ſiue ſtricti iuris,licèt
diuidatur inter hæredes ſi vnus ſolus hẽt facultatẽ rei reſtituẽdę ſo
lus ipſe poſſit cõueniri inſolidũ.ẽt ſi cũ eo non concurrat rei ven-
dicatio ꝑ illum §.ſi hæres.& l.ſi plures.de vi & vi ar.Diſtinctio ue-
rò Dyn. locum hẽt in obligatione rem tradi. Nam ll. alleg.per eũ
de illa tñ loquuntur,ut ſi cum ea cõcurrat rei vendicatio, detur
inſolidum ꝯ illum,licèt ſit perſonalis, ut notat gl.in §.ſi tu ex parte,
aliàs ſecus,vt in §. ſi fundus. Et ꝑ p̃dicta ſunt expedita oĩa ꝗ̃ tangit
Bar.in tribus primis oppoſitionibus ꝑ multa verba cũ diſtinctio-
a ne poſita per eum ſatis infraſcata,[a] & ẽt ea quæ not. in l.ſtipl'ones,
in viij.ꝯ̃riò.& partem de his ꝗ̃ ipſe no.in iij.op.eiuſdem l.¶In text.
ibi,(ueluti iter fieri,vel non fieri.) dic prima ſtipl'o iter fieri, eſſet ſti
pulatio ſeruitutis,ſcđa vero ſimplicis facti perſonalis, qđ tñ dic,ut
dixi in §. Itẽ ſi in facto. Sed tunc opp.ꝙ ſi ſtipl'o iter fieri eſt ſtipl'o
ſeruitutis,ergo eſt hic caſus,q ſtipulatur ſeruitutẽ, ſtipulatur factũ,
qa ſi ſupra dicit,(factũ &c.)ꝯ ea quæ dixi in l.j.§.j.ſed qđ interdum
ſtipulor ſeruitutem viæ,vel itineris,& tunc eſt ſtipl'o dandi, & nul
lum cõtinet factũ,nec tenetur ꝓmiſſor niſi pati, tñ iſtud pati non
eſt in obligatione,vt ibi dixi,nec tenetur aliqd facere, vt l.quoties.
la j.de ſerui.Sed ſi ſtipulor iter fieri,vel viã, tunc ſtipulor ſeruitutẽ,
& ẽt factũ,puta vt ſternas locũ ꝑ quẽ habeã intrare, & concedas
mihi ius itinerãdi,& hoc uoluit dicere gl.hic,ꝙ cõtinet, vt iter fiat,
& p̃ſtetur,& tũc põt ꝓcedere opi.ibi no.ꝙ cõtinet ius & factũ,&
5 vtrunq; eſt in obl'one.†Aduerte autẽ,ꝙ illud qđ hic dr̃, vt vno ex
hr̃dib. ꝓmiſſoris ꝯ faciente in ſtipl'one facti indiuidui cõmittatur
ſtipl'o ad ſolidã pœnã,vel ĩtereſſe, recipit quadruplicẽ limitationẽ.
Prima eſt, qñ ſtipl'o eſſet p̃toria ad factũ, aliàs ꝑꝑ equitatẽ p̃toris
nõ cõmittitur niſi pro parte ꝯfaciẽtis, vt eſt caſus ſing.ſm intell'm
Bart.in l.pœnalis.§.Iul.ad leg.Falc.facit l.ij.§. incertam,de præt.ſtip.
hoc tñ uerũ in hr̃dib. ꝓmiſſoris,ſed in ipſo principali ꝓmiſſore ſe-
cus,qa ꝯ ipſum cõmitteretur inſolidũ,licèt eſſet p̃toria, vt in l.in ſti
pulatione.de dam.infec.& hic ꝑ Bar.in ij.q.Scđa procedit qñ ex ꝯ̃-
factione vnius hr̃dis auferret totũ cõmodũ ſtipl'onis, ut in illa ſti-
pulatione per te non fieri quominus mihi ire agere liceat,ut patet
in uerſic.(ut in illa )al's ſecus,pone exẽplum in facto affirmatiuo ſi
qs ꝓmiſit mihi facere domum ſub pœna, & vnus ex hr̃dibus nõ
vult facere,& ſic uenit ꝯ,alius facit totã domũ, certe licèt factũ ſit
indiuiduũ,tñ nullum cõmodũ mihi aufertur ex ꝯ̃factione vnius,
ꝙ in nihilũ pœna cõmittitur,& hoc dico ꝑ iſtũ tex.à ꝯ̃rio ſenſu,qa
ceſſat rõ de qua hic.Tertia limitatio qñ obl'o deſcẽdit ex ꝯ̃ctu de-
functi,al's ſolus ꝯ̃ueniens teneretꝫ,vt in l.de pupillo.§.ſi plurium.de
no.ope.nun.& l.fi.ad Silla.Quarto qñ deſcenderet ex ꝯ̃ctu defun-
cti,tñ actio eſſet bonæfidei,qa ꝯ ſolũ ꝯfacientẽ cõmitteretur inſo
lidum,ut in l.in depoſiti.ſ.depoſiti.cũ l.ſeq. & l.in cõmodato. §. ſi
ex facto.ſ.commo.vel dic melius, ꝙ ibi non agebaꝫ ad intereſſe
ex promiſſione defuncti,qa obligatio depoſiti ꝯ̃hitur ſolum ad
rem reſtituendam,non ut dolus malus adſit, tñ uenit ex diſpõne
legali,ideo ſi vnus ex hæredib.dolum cõmittat,obligatio legalis(li
cèt ex eodem ꝯ̃ctu deſcendat)non ꝯ̃hiꝫ niſi ꝯ illum ſolũ, ſed qñ
deſcendit ex promiſſione defuncti,vt qa expreſsè ꝓmiſiſſet dolũ
malũ non cõmittere in depoſito,ut in prin.huius legis, tunc vno
ex hæredibus cõmittente obligatio ad pœnã uel intereſſe cõmit
tereꝫ ꝯ oẽs hæredes,& ita intelligo illas leges ꝑ illũ tex. qa tunc de
directo veniteꝫ ꝯ ꝓmiſſa per defunctum, & hæc eſt veritas licèt
Doc.non tangant.Sed ſi oẽs hr̃des cõmitterent dolũ, ẽt non p̃ce
dente illa promiſſione,tunc aut non in reſtituendo,& qlibet tene
tur ad æſtimationẽ ꝓ parte,aut alio mõ in faciendo uel negligen
do,& tunc qlibet teneꝫ inſolidum,& habenꝫ tanꝗ̃ plures rei debẽ
di,licèt reuera nõ ſint,& vno ſoluẽte alij liberanꝫ. & hæc habenꝫ
in l.ſi duo.& in l.ſi ut certo.§.ſi duob.vehiculũ.in fi. ſ. cõmo. quæ
ſunt ll.difficiles & ꝑ iſta ſunt expedita oĩa ꝗ̃ tangit Bart.in quarta
opp.cũ ſeq.uſque ad diſtinctionẽ ſuam,ꝗ̃ facit poſt eas incluſiuè,
licèt ꝑ multa uerba,& ſua diſtincto nõ eſt neceſſaria, quia per p̃
dicta intell'r qcquid in ea boni eſt ſine confuſione, & iſte eſt pri-
6 mus articulus principalis ꝑtinẽs ad mãm huius §.†in textu ibi (ue-
luti amplius nõ agi.) No.ꝙ iſta ſtipl'o eſt diuidua,ſed hoc verũ ſm
Dy.qñ actio prima cõpetebat ad diuiduũ,ut eſt hic, ſecus ſi ad in-
diuiduũ uel ad ſpẽm,& hoc ẽt tenet Bar.in v.q. Itẽ intellige tex. ꝙ
pœna cõmittaꝫ ꝓ parte ſi vnus ex hr̃dibus uenit ꝯ,ſi non fuit op-
poſita exceptio agẽti,ſed ſi fuiſſet oppoſita,& obtinuiſſet oppo-
nens,nõ ꝯmitteretꝫ pęna in aliquo,qa non dẽt habere penã & re-
ſtitui.vt in l.Stichũ.§.ſi pactũ ſ.de pact.& l.apud Celſum.§.Labeo.
de do.exce.niſi eſſet appoſita cl'a rato manẽte pacto,ut in l.ꝗ̃ fidẽ.
de tranſac.qđ aũt dixi in ſtipl'one amplius non agi idẽ ſm Ang.in
ſtipl'one de nõ mouẽdo vel faciẽdo ꝯtrouerſiã,uel de non imbri
gãdo uel faciẽdo q̃rimoniã,de qb.in l.non ſolũ.§.ſi ſtatus. de ꝓc.
Sed in ſtipl'one Titiũ hæredemq; ſuũ ratũ habiturũ, dicit Bar.hic
in ij.q.ꝙ in illa ſtipl'one ꝯmittiꝫ pœna ꝓ parte ꝯ̃facientis tñ, ẽt ſi
actio prima(cuius occaſione interpoſita eſt) erat ſuꝑ indiuiduo,
ſi talis ſtipl'o rati erat p̃toria ꝑ illũ §.Iul.ſed ſi non erat p̃toria, tũc
idẽ qđ in ſtipl'one amplius non agi.Vltimò qđ dr̃ hic, habet locũ
in ſtipl'onib.facti diuidui,ſed in ſtipl'one dãdi nõ,licèt actio ſit indi
uidua,qa no ex hr̃dib.dãte & alio nõ dãte ꝯmittiꝫ pęna inſolidũ,
ut ĩ.l.ꝓxi.§.fi.& hic in gl.ꝗ̃ incipit. ĩ.l.ꝓxi.qđ dic ut ibi declarabo,
& ꝑ p̃dicta ſunt expedita alia ꝗ̃ Bar.tãgit in ſequẽtib.opp. poſt p̃di
ctã diſtinctionẽ ſcđam,vſq ad tertiã diſtinctionẽ ĩcluſiuè uſq ad
7 qõnes licèt ꝑ plura uerba.¶†In fi.text.ibi,(ꝗ̃uis ipſe dñs).i. princi-
palis promiſſor.Not.ergo,ꝙ ẽt qñ factũ eſt diuiduũ ſi principalis
ꝓmiſſor facit ꝓ parte tñ,ꝯmittiꝫ ſtipl'o inſolidũ, qđ intellige ẽt ſi
prima ſtipl'o eſſet p̃toria,qa æquitas p̃toris nõ iuuat eũ, ut poſſit
totũ facere,ſed bñ iuuat hr̃des,limita tñ qñ interuenit ſtipl'o pœ-
nalis,al's ad intereſſe ꝯmitteretꝫ ſolũ ꝓ parte, pro qua uenit ꝯ,ut ĩ.
rẽ ratã haberi.l.ſi ꝓcurator.Itẽ ſcđo locũ hẽt hoc in extraiudicia-
lib.uel ẽt in iudicialib.deciſorijs,ut ĩ.l.ꝓxi.§.fi.ſecus in p̃paratorijs,
in qb.ꝯmittiꝫ pœna inſolidum mero iure.Sed obſtat exceptio de
æqtate,qa in illis mitius ꝓceditur,ad hoc eſt caſus in l. ſi pluriũ. ſi
qs cau.qđ dic ut ibi dixi.Tertia limitatio eſt,qñ erat vnũ factũ, &
ipſe fecit pro parte,ſi aũt plura,& ipſe fecit vnũ,& aliud nõ,tũc pę
na ꝯmittiꝫ pro parte,niſi fuerit dictũ expreſsè ꝯ̃riũ.ꝙ ꝯmittaꝫ ſi p̃-
dicta uel aliqua p̃dictorũ obſeruata nõ fuerint,& ita cõiter dicũt
notarij,& hæc habenꝫ in Spec.de arbi.§.fi.uer.qd ſi plura.Quarta
limi.qa loquiꝫ qñ eſſet unus ſolus debitor,ſed ſi plures,& unus fa
ceret partẽ ſuã,alius nõ,eſſet idẽ qđ in plurib.hr̃dib.unius debito-
ris,ut no.in e.§.in uerſi.ut aũt.Vltimo limita oĩa p̃dicta ubi nõ fa-
ciens fuerit impeditus,qa tunc de æquitate pœnã euitat tã in obli
gatione facti ꝑ l.ſi uehẽda.§.idẽ iuris.ad l.rho.de iac. ꝗ̃ in obligatio
ne dandi ſi ꝑꝑ paupertatẽ ſuperuenientẽ non dedit, ut in Spe.de
loca.§.nunc uero aliqua.uerſic.xxix.qđ ẽt tenuit Iac.But. in d. §.ſi
plurium.& Bar.hic.Item illa diſtinctio inter dationem & factũ, li-
cèt fiat de iure ciuili,non fit de iure canonico,vt not.in c. ſuam,de
pœnis.Et ex prædictis habes qcqd eſt hic vtilitatis, exceptis duab.
qõ.ultimis,quas ponit hic Bar. de quibus tñ tetigi in §. Itẽ ſi in fa-
8 cto.& §.ꝯ aũt.†Vltimo Ang.dicit hic aliqua bona qñ ſtatutũ dice
ret,ꝙ occidẽs decapiteꝫ,niſi habeat pacẽ ab hr̃dib.offenſi. an ſuffi
ciat ipſi occidenti habere pacẽ ab uno:ſnã Bart.tenet, ꝙ non, ſed
requiraꝫ maior pars.Ang.vr̃ dicere,ꝙ in maiori parte non debet
a cõputari mulier,[a] qñ ad ipſam non ꝑtinet vindicta ſanguinis, nec
manual'r eã facere teneaꝫ ꝑ gl.quæ eſt in c.j.§.hoc aut.in fi.mag.
gl.q feu.dare poſ.dicit ꝙ ſi vnus ex hr̃dib.eſſet de familia vel con-
ſortio occiſi,& alij eſſent extranei, ille ſolus p̃ferretur oĩbus,qñ
ad ipſum ꝑtinet vindicta plusquã ad alios.arg.l.j,cũ ſeq.de lib.cau.
& l.Iul.ſ.ſi qs omiſ.cã teſta.& remit.ad no.in addi.Spe.de treug.
& pace.vbi aliquæ qõnes no.ponunꝫ circa hũc articulum.dic &
vltimo ꝙ añ ꝯdemnationẽ factam de crimine ſufficeret habere
pacẽ ab vno ꝑ l.ſi qs hac.q & a qui.& ſi facta eſſet alijs p̃ſentib.
& non ꝯ̃dicentib.ẽt poſt ꝯdemnationẽ ſufficeret, quia videren-
tur alij conſentire per l.conſilio.§.fi.de cura. furio.& idẽ ſi eſſent
abſentes & ſciuiſſent & potuiſſent prohibere, & non fecerunt
nec prohibuerunt. Paulus.

ADDITIONES.

a ¶Infraſcata.D.Alex.dicit hic ſaluari poſſe opin.Bar.licèt Rom. etiam ꝯtra Bart.teneat,uide hic per eum.

b ¶Mulier.Vide ad hoc quod uoluit idem Ang.conſi.287.& uide quæ poſui ſ.in §.ex his.

§.Si is qui. Stipulationes de quibus hic, licèt ꝯtineant factum indiuiduum quatenus tñ committunꝫ ad pœnam vel intereſſe dñr diuiduæ.h.d.facit qđ no.gl.in l. ij. §.j. q incipit,q viam.ſ.co.in fi.¶In tex.ibi(plurib. hr̃dibus relictis) ſub audi,& omnibus fuit res euicta,qa uenditor non defendit,uel qa non plenè,& ſic ab omnibus hæredib.ſtipulatoris fuit ꝯ̃factum, & in hoc differt à p̃cedentib.§§.qui loquunꝫ qñ vni tñ, uel ab uno tñ ex hæredibus ſit ꝯ,& iſta ſtipulatio eſt pœnalis quatenus duplum excedit ſimplum,& continet principaliter factum indiuiduum,quia promittit de faciendo,qđ non poteſt fieri pro parte ut in fi. Sequentes aũt ſtipl'ones committuntur ad intereſſe, &

ſimiliter

ſimiliter ꝯtinet factum indiuiduū,vt in exēplis, qđ declara ut colł̄r.ex gl. ¶In tex. ibi,{ex parte ſtipulatorum recepta ſunt.} iſte tex. innuit,ꝙ aliud ſit ex parte ſtipulantis,vt in exēplis ſ.poſitis,& aliud in hæredib.ꝓmiſſoris,vt ſtatim ſequitur.ſed iſta nō eſt eius intentio,q̄a quę diuidua ſunt ex parte vnius,ſunt ēt ex parte alterius,vt ſ.eo.l.ij.§.ex his ſed vult dicere,ꝙ licèt illud qđ ꝯtinent iſtæ ſtipl'ones ſecundario,vt pœna vel intereſſe , ſit diuiduū vt in exēplis ſupra poſitis,illud tñ qđ ꝯtinet principal'r,qđ incumbit ꝓmiſſori ne ſtipl'o ad pœnā vel intereſſe cōmittat̄, eſt indiuiduū.Et no.ꝙ defenſio eſt indiuidua , q̄a non potes me defendere ꝓ parte, & ꝓ parte non,vt euites pœnā, & ita loq̄tur . Sil'r ſi ꝯ te ago,non potes te defendere ꝓ parte,& ꝓ parte non, ſed ſi ſunt plures cōuenti,& unus ſe defendit, alter non,poteſt expediri iudiciū,& differri quo ad aliū vt l.non idcirco ſ.de iudi.& l.de vnoquoq;. de re iudi.& vtrobiq; ꝑ Bar.ſufficienter. ¶In gl.quę incipit {ſtipl'o.}ibi{in actione in fcm̄,idem in actione qua agit̄,vt deſtruat̄ qđ factū eſt,} imò q̄a agat̄ ad intereſſe.q̄a non fuit deſtructū,illa eīn q̄ datur ad deſtruendū,cōpetit cuilibet inſolidū ſ'm Doctores, q̄ reprehendunt hāc gloſſam , cū diſtinctio nō poſſit fieri ꝓ parte, ſed intentio gl fuit,ꝙ licèt non poſſit ꝓ parte ob.tñ actio ad deſtruēdū , q̄ cōpetit cuilibet pro parte ſua , ſicut videmus in actione depoſiti & cōmodati,quæ dātur ad reſtōnē rei,& diuidunt̄ inter hæredes vtriuſq;, & tñ reſtitutio nō p̄t fieri ꝓ parte,vt l. ſi duo ſ. depo.& ī l.iij. §.ſi hæres.cōmo.ſed q̄cq̄d ſit in illis,in hoc Doct.tenent qđ dixi in alia gl.mag.vel ſcđo hæc vera ſ'm oēs.¶In fi. gl. ibi. {ſed ſecus in hæredib.fructuarij,}Iſta gl. non bene loq̄t̄,innuit.n.ꝙ finito vſufructu ꝑ mortē vſufructuarij hr̄des eius teneant̄ ad reſtōnē vſusfructus,qđ ñ ē verū , q̄a ille reddit ad proprietatē ipſo iure,ſed dic ꝙ tenet̄ ad reſtōnē rei corporalis,in q̄ habuit vſumfructum,& de hoc loquit̄ tex.ꝙ non pōt fieri pro parte.

## L E X V.

1 *Diuiſio ſtipulationum ponitur.*
2 *Verbum meum quid importet.*
3 *Introducta per ſtatuta quando dicantur ciuilia,& quando prætoria.*

1 STipulationum. †Hic ponitur tertia diuiſio ſtipl'onū quadrimembris:nam oīs ſtipl'o ſiue ꝯtineat dari,ſiue fieri.Itē ſiue diuidua,ſiue indiuidua,uel eſt iudicialis,vel p̄toria, vel ꝯuentionis , vel cōis , de quibus pone exēplum , vt in tex.vſq; ad §.ſtipl'o.Et aduertendū,q̄a ſcđm mēbrū de ſtipl'one p̄toria recipit aliā diuiſionē bimembrē, q̄a oēs p̄toriæ vel ſunt iudiciales,& ꝯuentionales,vel cōes,vt j. de præto.ſtip.l.j.in prin. & ſic iudiciales, & ꝯuentionales, & cōes , de q̄bus hic nō ſunt p̄toriæ:nā aliq̄n reperiunt̄ prætoriæ, & loq̄tur ibi. aliquando non,& loq̄tur hic,& ſic ſoluit̄ ꝯriū primæ gl ¶In tex.ibi.{q̄ à mero iudicis officio}expone iudicis.ſ.p̄toris viuētis,& dic mero:q̄a prætor mortuus de illis ſe nō impedit,nec eas adinuenit ꝑ ſua edicta,ſed iudex q̄ cognoſcit de cauſa, cū debeat habere æquitatem p̄ oculis vt in l.ꝙ ſi Epheſi. de eo, qđ certo loco. facit eā interponi vbicunq; æquitas ſuggerit , vt eſt caſus de dolo, in l. creditor.de pig. ac.& l ſi poſt actū. de rei ven. ex æquitate illarū ll.& ēt ſi eſſet caſus,in quo ꝑ nullā l. ꝓuideret̄ , & iudici uidetet̄ æquum interponi cautionē,poſſet facere interponi eā ex arbitrio ſibi dato à lege ꝑ illā l.ꝙ ſi Epheſi. p̄toriæ verò ſunt q̄ ꝓueniunt ex mero p̄toris mortui officio, vt ſunt illę q̄ fuerunt inuentæ ꝑ p̄torē in ſuis edictis,de quibus j.de pręt.ſtip.cū tit.ſeq.& in titu.de dam.infec.& in tit.vt leg.no.ca.& ideo dicunt ex mero p̄toris officio,q̄a p̄tor viuus ſeu iudex nihil ex ſuo arbitrio p̄t augere ſeu minuere de eis, ſed debet ſeq; formā traditā ex edicto prætoris vt j. e.l.ex ꝯuētio-
2 nalib. † & ſic not.ſignificatum huius verbi merū, nā dr̄.i.purū ſine adminiſtratione alterius ſ.de iuriſ.om.iud.l.imperiū. ꝑ qđ dicit
a Ang.ſe ꝯſuluiſſe, [a] ꝙ ſi ſtatutum diceret ꝙ à mera interlocutoria nō poterit appellari , ſed à non mera ſic, ſi iudex ꝓnunciauit inſtr̄m mandandum fore executioni, poterit appellari , q̄a licèt ſit interlocutoria,tñ non mera,q̄a illa eſt mera,q̄ fert̄ inter principiū cauſę,& finē, & ſic poſt eā ſperat̄ diffinitiua, vt no.in Spe.de ſen, iud.§.j. circa prin, & aliā poſt ſe non expectat diffinitiuā , licèt ſit interlocutoria,q̄a nō ſeruato ordine iudiciario,q̄ debet ſeruari in diffinitiua, vt l.prolatā. C. de ſent.Et dicit ꝙ multi Doc. Bononiæ ſe ſubſcripſerunt,licèt quidam Paduæ ꝯdixerunt,& placet ſua determinatio, ¶In gl. mag.ibi. {q̄a prætorię &c.} hęc vera, ut patet ex his q̄ dixi ſuꝑ literis,aliæ duæ dr̄ię quas gl. vr̄ ponere , nō ſunt verę,quarū vna eſt,ꝙ prætorię interponant̄ iudicis officio nobili iudice adito princ ipal'r ob hoc ipſum , iudiciales verò iudicis officio mercenario iudice adito principal'r ꝑꝑ aliud, nā licèt frequenter iſta ꝯtingant, tñ nō ſemper , vt vidimus in cautione rati, q̄ eſt p̄toria , & q̄ petit̄ à ꝓcuratore actoris, nā iudex fuit aditus ꝑꝑ aliud ꝑ ipſum ꝓcuratorē,& reus ꝑ modū exceptionis, & ſic officio mercenario petit eam interponi, & econuerſo.reperitur cautio iudicialis peti officio iudicis nobili,iudice adito ob hoc ipſum,vt in caſu l.oīb. ſ.de iudi. nā illa cautio nō eſt p̄toria q̄n peteret ab eo,q̄ tenet̄ in diē,vel ſub ꝯdōne ex ꝯctu inter viuos, ſed eſt iudicialis ex æquitate illius l. Aliā dr̄iam ponit gl. q̄ dicit ꝙ ꝓ p̄toria ſtipl'one nō pōt adiri , niſi iudex ordinarius , ſubaudi habens imperiū,ſed iudicialē pōt facere interponi q̄libet iudex ēt delegatus vel magiſtratus municipalis , hñs ſimplicē iuriſdōnē , illa dr̄ia dependet à p̄cedenti,q̄a ſi p̄cedens eſſet vera,illa ēt eſſet neceſſaria,q̄a q̄ expediunt̄ iudicis officio nobili, ſunt de imperio,& non pñt expediri ꝑ aliū:quæ verò mercenario, ſunt de ſimplici iuriſdictione, & deſeruiūt actioni ꝓpoſitæ, & ea q̄ iure actionis expediuntur , ſunt de ſimplici iuriſdōne, ſed q̄a illa non eſt vera,nec ēt iſta.vnde dic ꝙ ſiue ſit prætoria,ſiue iudicialis,ſi ꝓ ea interponenda principal'r iudex adeat̄, debet adiri ordinarius habens impꝛiū: ſi aūt incidenter,ēt delegatus q̄ de cauſa cognoſcit,& q̄libet alius inferior pōt facere eā interponi.Circa fi.gl.ibi.{cōes aūt ſunt }nec in iſta parte gl.ſentit verū.nō.n.debet inſpici principal'r, vel ſecundario ad cognoſcendū quæ ſint cōes,ſed eſt dicēdum,ꝙ illę ſunt cōes,quę reperiunt̄ in q̄buſdā caſib prouiſis à prætore mortuo, & in quibuſdā non,ſed ab alijs legum ꝯditorib.vt patet in ſtipl'one duplę q̄ inuentione aīalium ꝓuiſa fuit ab edicto ædiliū curuliū, q̄ erant p̄tores, & in q̄buſdā nō, ſed ab alijs,vt ꝓ reb. p̄tioſis, iō ſumēdo iſtud verbū gñal'r, iſta ſtipl'o duplæ eſt cōis , & debet intelligi mō quo dixi . Itē patet in rē pupilli ſaluā fore, q̄ q̄n p̄ſtat̄ pupillo,fuit ꝓuiſa à p̄tore,& q̄n præſtat̄ ꝯtutori, nō fuit , ſed per
3 alios Iuriſconſul. vt i ll.hic allegatis in gl.¶† Vltimò Bar.dicit vnū ꝑꝑ qđ ſemꝑ allegat̄,ꝙ ſi aliqua introducant per ſtatuta , ſi quidē facta eſſent à populo vel ꝯſilio gñali,qđ repreſentat populum,vt no.gl.q̄ ſit lon.ꝯſu.ſuꝑ rub.nō diceret̄ p̄toria, ſed ciuilis. ſi aūt ab
b aliquo mag̃ratu ꝑpetuò , vel tꝑali,vt à comite, vel marchione,[b] epō,vel legato de latere,diceret̄ p̄toria.facit l.forma.C.de off.p̄ſe. p̄to. & eſt hoc vtile, q̄a p̄toriæ req̄runt fideiuſſores, poſito,ꝙ ꝑ verbū,cautio,eſſet ꝓuiſum. vt j.de pręt. ſtip. l. p̄toriæ ſtipl'ones. ſed ciuiles inuentæ ꝑ hoc verbū,cautio, nō req̄runt fideiuſſores vel pignora , ſed ſimplicē promiſſionē ſolennē, vt in l.ſancimus. C.de verb.ſig.Itē q̄a actiones deſcendētes ex edictis p̄torijs ſunt annales,licèt edicta ſint ꝑpetua,ſed ciuiles ſunt ꝑpetuæ,vt l.ij.C. de ꝯſti,pecu.hoc tñ ultimum eſt in prætoriis pęnalib. vel quę dātur ꝯ regulam iuris cōis ex aliqua ſpecialitate, vt in l. honorarijs. §.ſed cum reſciſſa.de acti & obl.non in perſecutorijs,& quę dantur ſ'm regulā,qđ dic vt Inſti.de perpe.& tempo.actio.

### ADDITIO.

a Conſuluiſſe.Vide eūdē conſ.215.Lud.Ro.cōſ.17.Frāc.de Arc.conſi.197.
b ¶Vel marchione.Intellige ſi recognoſcunt ſuperiorem,ſecus, quia tunc ſunt ciuiles, ut uoluit Ange.hic , & ſequitur quod autem talia ſtatuta ſint ius prętorium,tenet Ludo.Roma.conſil.36.Alex.conſi.44.

1 *Stipulatio quomodo ſumatur,& quomodo ſatiſdatio.*
2 *Dominus conſtituendo procuratorem & in inſtrumento releuando ipſū ab onere ſatiſdandi.ſi promittat de iudicato ſoluendo ſecundum uſum conſuetum an hoc ſufficiat.*
3 *Differentia inter promiſſorem & fideiuſſorem.*
4 *Si dico,promitto tibi quòd do,an iſta promiſſo ualeat niſi contineat aliquid in futurum præſtandum.*
5 *Si ī inſtrumēto dicatur talis vendidit & tradidit tibi præſenti & ſtipulanti,quid operetur iſtud uerbum ſtipulanti.*
6 *In donatione an ueniæt electio.*

1 §.Stipulatio aūt eſt. ¶†Stipl'o ſumit̄ ꝓ interrogatione,& rñſione, & dēt cōtinere aliq̄d in futurū pręſtandū.ſatiſdatio verò ſumitur ꝓ principali obligatione,& acceſſoria, puta fideiuſſoris.h.d.vſque ad §.ſi
2 fortē.†Not.in §.ſatis.pro illa q.quam ponit Cy.in l.j.C.de ſatiſd.& Bar.ſuper rub.iudi.ſol.q̄n quis conſtituit procuratorē,& in inſtr̄o
a releuando [a] ipſum ab onere ſatiſdandi promittit de iudicato ſoluēdo ſ'm vſum ꝯſuetum,vtrū hoc ſolū ſufficiat , an ēt requiratur, ꝙ procurator ſe obliget aduerſario de iudicato ſoluendo,& vr̄ hæc ſecunda pars vera,quia cum regula ſit,ꝙ qui aliū defendit cū mandato,vel ſine,teneatur ſatiſdare de iudi.ſol.vt in l.j.§.fi.ſeu pe.& de procur.l.mutus.§.j.nō dr̄ ſatiſdediſſe,niſi interuenerit principalis ſatiſdatio,& etiam acceſſoria,ſed ſi ipſe ſe non obligaret , non interueniret,niſi acceſſoria ipſius dñi, & iſtam partem vr̄ tenere Cy. & fuit prima q̄ō quę ſibi fuit cōmiſſā,q̄n rediuit de ſtudio ad terram
3 ſuam.dic vt in dictis locis hr̄.†No.ēt de expromiſſore,& quę differentia ſit inter promiſſorem,& fideiuſſorē no. in Auth. de fideiuſ. §.ſed neque.No.etiam in fi.ꝙ fideiuſſor, vel alius expromiſſor nō obligatur niſi in verbis, & ſic ꝑ ſtipulationē,vt in l.blanditus.C. de fideiuſ.alias non diceretur proprie fideiuſſor,vel expromiſſor,ſed
4 poteſt dici conſtitutor,vt in tit.de conſt.pe.¶† Vlti.gl.hic dicit,ꝙ ſi dico,promitto tibi ꝙ do,iſta ꝓmiſſio nihil valet,q̄a dēt continere aliquid in futurum præſtandū non de pñti,vel pręterito.nec obſt. ll.allegatæ in glo.quia in illis eſt infinitum, qđ complectitur oē tp̄s ſ'm gl.qđ no.Bar.ſuꝑ iſta gl.dicit plura verba,& Ang.dicit,ꝙ gl.dicit

### ADDITIO

a ¶Releuando.Adde ut per Ioann.de Ana.conſil.37.

cit verum,intelligitur minus, in qbus loquit̃ qñ quis loqueretur in j.ꝑſona, vel ſecunda, ſed qñ in tertia, vt contingit in inſtr̃is,in quib.notarius loquitur in tertia pſona locũ hẽt verba Bar. Mihi nõ placet iſte modus loquẽdi,ꝗa nõ debet eſſe dr̃a,an in prima,
a vel tertia pſona loquat̃, vt not.Inno.in c. dudum.Sed dico[a] ſic,ꝙ aut loquẽdo ꝑ verba pſentis vel pteriti tẽporis qs nõ refert ſe ad actũ ſuũ,ſed ad illud,qđ dicit eſſe uel fuiſſe, puta promitto,ꝙ iſte ſeruus,quẽ tibi vẽdo,eſt ſanus nullũ habẽs in ſe vitiũ, vel,ꝙ nõ eſt alteri obligatus,vel venditus, vt quotidie apponitur in inſtr̃is, & tũc iſta uerba ſunt obligatoria,ꝗa vr̃ promiſiſſe intereſſe,ſi ꝯtriũ reperiat̃.& iſte eſt caſus in l.ſi ita qs s.alleg.per glo. aut refert ſe ad actum ſuũ,& tunc aut non apponit̃ verbũ ꝓmitto, & põt ſe obligare,licèt ſit de pſenti,puta do vel dono tibi centũ, q̃ ſunt in pſentia nr̃a,nã ex hoc verbo orit̃ obligatio & actio,ꝗa videor in futurũ tradere, vt l.ſi quis argentũ. C. de dona. & hoc voluit glo.ĩ l.ad eũ.cũ ſi.gl.mag.s.đ don.dũ.dicit hodie iſta rõ ceſſat,&c. aut apponit verbũ ꝓmitto,vt in terminis glo. & tũc nõ ualet ꝑꝑ repugnãtiã,vt in hac glo.quã no.ꝑ pdicta rñdet̃ ad id quòd quo
5 tidie ꝯtingit,† ꝗa reperit̃ in inſtr̃is,ꝙ talis uẽdidit & tradidit tali pſenti & ſtipulanti.Quid operat̃ illud uerbũ ſtipulãti, cum illa uerba uendidit & tradidit, ſint de pterito, & ſtipulatio requirat aliquid de futuro,ut hic.rñdetur,ꝗa cũ in vendõne ueniat euictio, operatur quo ad eam,ut videatur eã fuiſſe ſtipulatus. Idẽ ſi non venit euictio, eſſet actus, qui haberet cauſam ſucceſſiuam, vt ſi dicat inſtr̃m, ꝙ talis fecit talem præſentẽ & ſtipulantem vſu fructuarium fundi ſui.nam cum proprietarius teneat̃ ad patientiam in futurum,vr̃ illam promiſiſſe,& iſtum caſum Bart. habuit de facto & conſuluit ita, ſed ſi non haberet actum ſucceſſiuum, nec veniret euictio,ut in donatione, vt ſi diceret̃ dedit & tradidit ex cauſa donationis talem fundum tali præſenti & ſtipulanti, ſi quidem ꝯtractus fuit in fundo,& ſic potuit uenire realis traditio, illud uerbum ſtipulanti, nihil operatur, ꝗa nec in futurũ põt aliquid operari, nec de præſenti põt ꝓ donatione obligari, quia ſi eſſet obligatus, liberaret̃ tradendo. Sed ſi extra fundum factum eſſet inſtr̃m,& ſic non poſſet importare traditionem iuxta no. in l.prædia. de acqui.poſ. tunc importaret obligationem,ut teneatur
6 tur tradere. † Et iſtud eſt ſingulare, quia in donatione non uenit euictio qñ incipit à traditione, ſecus ſi à promiſſione, ut in l.Ariſto.s.de dona. §. fin. & ibi not. in caſu aũt iſto uenit euictio, quia vr̃ incepiſſe à promiſſione,& hoc perpetuo tene menti.ſatis hoc poteſt colligi per no.hic ꝑ Bar.licèt loquatur per uerba obſcura, nec dat bñ ad intelligendum.

ADDITIO.

a ¶Sed dico.Hæc opin.do.Alex.nõ placet,ut hic per eum,& pro his quæ dicunt̃ hic facit quod uoluit Io. And. in addi.ad Spec. in tit. de lib.& ſolu. quẽ refert & ſequitur Ro.ſi.ſuis, ꝙ ſi obligabo me tibi in futurum ad x. ꝙ ſtatim ſum obligatus,nec requiritur alia obligatio.

---

1 *Stipulatio ſi contineat aliqd dari uel continet fieri,quod ordinatur ad dãdum,uno ex hæredibus promiſſoris nõ dãte uel faciente cõmittitur pœna inſolidum cum effectu contra oẽs pro hæreditarijs portionibus, qui.tamen ſoluerunt recuperant à non ſoluente, cuius culpa damnũ ſentiũt*

2 *Pœna adiecta ſolutioni quãtitatis,an poſſit hodie peti, cũ uideatur adiecta in fraudẽ,& an ſoluta parte ſortis cõmittatur pęna in totũ.& n.4.*

3 *Si arbiter condemnauit principalem ad dandum, qui poſtea deceſſit pluribus hæredibus relictis antequam ſoluerit, & unus ſoluat, alter non, an pœna in compromiſſo contenta committatur contra omnes, & an compromiſſum tranſeat ad hæredes.*

1 §.Si ſortem. ¶†Stipulatio ſi contineat aliquid dari uel continet fieri,quod ordinatur ad dandũ, uno ex hæredib. promiſſoris non dante uel faciente committitur pęna inſolidum cum effectu contra omnes pro hęreditarijs portionibus, qui tñ ſoluerunt recuperant à non ſoluente, cuius culpa damnum ſentiũt. h. d.¶In tex. ibi. (ſi ſortem.) & ſic pecuniam.Idem ſi certam ſpeciem,vt ).eo. l.in executione §.pe.tũc tñ maior eſt rõ dubitandi, quia cum illa res ſit communis inter hæredes promiſſoris, nullus eorum poteſt ſoluere,niſi partem ſuã l. ſi fundum.§. ſi libertus. de lega.j. vnde ſoluenti partem ſuam nihil poteſt imputari, quare non ſoluit portiones aliorũ, & ſic pœna non dicitur committi,niſi pro parte non ſoluentiũ, non ſic qñ promiſſa fuit pecunia.Sed Doct. dicũt no. ꝙ imò poteſt ſoluere partes aliorum ne incidat in pœnam propter illos, ſicut & fideiuſſor de ſubſtantia debitoris, ne cogatur ſoluere de ſuo.vt in l.ſi procur.§.ſi ignorantes s.man.in auth.ſi captiui. C.de epiſc.& cle.
2 ſm Pet.Bart.& alios.¶†In text.ibi.(pœnam )Sed an hodie poſſet peti pœna adiecta ſolutioni quantitatis, cum uideatur adiecta in fraudem uſurarum,ut in l.cũ allegas. C.de uſu. & uſuræ ſunt hodie prohibitæ,uide plenè per Bart. ).eo.l.ſi ita ſtipulatus ſum.¶In tex. ibi. (portionem ſuam.) nam principalis obligatio ad ſortem diuiditur inter hr̃des promiſſoris, ideo dicit portio. Sed cõditio, ſi non ſolueris ſortẽ,ꝙ ſoluas pœnã, non diuiditur inter eos, ſed omnes loco vnius habentur, vt l.cui fundum. in ſi. de condi.& demon.& hoc voluit gloſſ. vltima in prin. ideo ne pœna committatur implenda eſt inſolidum, & hæc eſt conſideratio huius tex. ibi (pœna cõmittet̃.) ſ.inſolidum & cum effectu ꝯ oẽs ẽt ꝯ ſoluentem,quod eſt mirabile,quia ſoluit quod debebat,& tñ incidit in pœnam. & non fuit in mora,ſed dic,ꝙ iſta pœna cõmittitur ꝯ eum, nõ ꝑꝑ morã ſuam,ſed ꝑꝑ morã aliorũ, & ex euentu ꝯditionis. ¶In tex.ibi, (donec portio cohęredis ſoluatur.) ideo ſic ſoluitur,ꝗa cohæredibus ſoluentibus,etiam poſtq̃ pęna erat commiſſa,& ante cõteſtationem factam ſuper ea purgant moram. quo ad ſe, & quo ad ſoluentem ſi nõ fuit appoſita dies certa, vt ). eo.l. ſi inſulam.aliàs ſecus ſi eſſet dies,& pœna, quæ impediunt purgationem moræ, vt l. traiectitiæ §. de illo. de act. &
3 obl.¶† In tex.ibi,(ſententiæ iudicis.).i.arbitri, qui condẽnauit ad dandum ipſum principalem, qui poſtea deceſſit pluribus hæredibus relictis antequam ſoluerit, & vnus ſoluit, alter non, vel dic,ꝙ condemnauit hæredes,ſed tunc debes intelligere,ꝙ in cõpromiſſo fuit actum, ꝙ tranſiret ad hæredes, aliàs non tranſiret, vt l.diem proferre.§.j. s. de arbi. gl. tamen quæ incipit. (ſi vnus timore huius)intellexit tex.qñ duo cõpromiſerunt,& ſic vno ſoluente alter non tenetur.gl. illa ꝙ cõmittatur pœna ẽt ꝯ ambos, Doc.ꝯ ꝙ imò ꝯ illũ ſolũ.& ita determinauit Spec.expreſsè ĩ tit.de arb.§.fi.ver.vt autẽ. licèt Doc.nõ allegent.& dixi in §. Cato in gl. mag.ibi,illa ſiquis cautio.¶In iudicijs).i.in pparatorijs iudiciorũ, in quibus mitius agit̃,vt in l.ſtipulationes. eo. tit. hic in extraiudicialibus,vt in prima parte §.vel iudicialibus deciſorijs, vt in ſecunda parte,in quibus durius agitur,vt s.de arbi.l. Celſus. in prin. cũ ibi no.eſt & alia differentia inter iſtum §.& illũ,ꝗa ibi ſtipulatio ꝯtinebat factum diuiduum, vt glo. dicit ). in ver. (item contra.) ubi reperitur iſtud idẽ contrariũ. hic continebat dationem vel factum,quod ad eam ordinabatur.Item ibi loquitur in ipſo principali promiſſore implente pro parte, hic in hæredibus eius, ideo congruentius ſignatus eſt ille §.pro contrario ad §. Cato.in fi.ubi loquitur de principali promiſſore,& conclude,ꝙ hic committitur tota pœna & cũ effectu, & ꝙ põt exigi à quolibet ex hæredibus, ẽt ab illo qui ſoluerat partem ſuã, vt eſt hic caſus circa finem ibi, (ſed à cohærede ei ſatisfieri debet &c.)cõtra quẽ tex.loquebatur in arg.opp.quam glo.ibi recitauit,dum dixit non obſtante exceptione pro parte ſoluentis. ¶In glo.ibi. (ſed ſpeciale.)tu dic, ꝙ ibi factum, de quo hic ordinabatur ad dandum, ꝙ arbiter condemnauerat ad dandum, ideo reputatur potius datio,quàm factum, ſicut econtra datio cum ordinatur ad factum reputatur factum, vt not.in l.naturales §.quod ſi faciã.de præſcr. uer.in prin.glo.mag.& uide quod per hoc no. Bart.in l.cum pro ponas. C. de dolo. Bal.autem & Ang. dicunt inſpiciendum eſſe per quem modum ſtipulator agat ad pœnam, nã ſi dicat quòd non eſt paritum ſententię arbitri in totum,tunc quia fundat ſe in facto,& illud factum erat diuiduum,non poteſt petere pœnam, niſi pro parte,vt in §.Cato.Sed ſi dicat, quòd quantitas ad quàm fuit condemnatus,non eſt tota data ſoluta,tunc quia fundat ſe in datione poterit petere totam pœnam, & ita dicit Ang. de facto
4 in ſimili obtinuiſſe Peruſij, † vbi eſt ſtatutum,quòd pœna adiecta ſolutioni quantitatis non poterit peti tãquam adiecta in fraudem uſurarum,ſed arbiter condemnauerat ad dandum, & condemnatus non ſoluerat, quærebatur an pœna promiſſa poſſit peti, & dubium erat propter hanc glo. cum dicit quòd parere ſententiæ arbitri eſt facti,ergo iſta pęna poteſt peti tanquam adiecta obligationi facti. In contrariũ facit iſte text.vbi committitur inſolidum pœna,ac ſi eſſet adiecta obligationi dandi, ipſe dixit inſpiciendum eſſe tenorem libelli, quod omnino diſplicet, quia eſſet imponere l. verbis. ideo tene, ꝙ non poſſit peti quocun-
b que modo[b] agat. ¶In glo. fi. in prin.ibi (de condi. & dem. l. cui fundum.) in fi. & ſic no. ꝙ ſicut conditio eſt indiuidua quo ad hæredes creditoris,vt non ſufficiat eam impleri pro parte quantum ad conſequendam partem commodi, ita nec quo ad hæredes debitoris, quantum ad euitationem pœnæ. videbatur contrarium hoc caſu, quia tractabatur de dãno vitando, ſed in primo de lucro.¶In gl.ibi.(Item quod de ſorte.)not.iſtum ver.pro eo quod no.Bal.C.de his quæ pę.no.ix.q.vbi dicit, ꝙ ſi promiſiſti mihi decem ſoluere in certo termino, aliàs nomine pœnæ ꝓmiſiſti fundum,& ſoluiſti nouẽ tñ,& ſic pęna eſt cõmiſſa in ſolidũ,vt in §.Cato.in fi.& qđ no.glo.in auth.qui rem.de ſac. ſan.eccle. ſi peto fundũ, debeo offerre nouem & reſtituere, quia non debeo hr̃e ſortẽ,& pęnam,& hoc idẽ vult iſta glo. ꝙ ſi pœna cõſiſtat in quãtitate illa nouẽ ſoluta poſtq̃ nõ proficiunt ad euitationem pœnæ conuertuntur,& compenſant̃ in pęnam,licèt fuiſſet ſoluta pro ſorte,& pro eius obligatione,nec eſt hoc nouũ, ꝙ ſolutum ex vna cauſa, ſi non prodeſt pro illa conuertatur in altera. vt in l.poſt rẽ s.de tranſ.in §.j.ſm Bart.¶In glo.fi.ibi.(Itẽ no.ꝙ quidã dicunt.)dictũ iſtorũ expreſſe ꝯtra tex. in l.fi.s.de eo quod cer. loco.ideo gl.truffatur de ipſo,licèt non allegat illam l.

LEX

ADDITIO.

a ¶Quocunque modo.Adde ultra ea,quæ hic ponit Alexan. adhęrens Pau. qđ uoluit Rapha. Cuma. conſi. clxi. & datę pęnæ qñ poſſint exigi ſiue ſint adiectæ facto,ſiue dationi.vide per Ludo.Rom.conſi.ccccviij.

## LEX XVI.

*2 Interdictio bonorum reddit quem inhabilem ad teſtandum, & etiam in teſtamento ad teſtificandum.*
*Interdictio bonorum qualiter fiat per iudicẽ, & quando interdicatur per legem, & ꝙ tales alienare non poſſint, & an poſſint ſe obligare. & nu.4.*
*3 Interdictus bonis, in quibus æquiparatur furioſo.*
*Qui non poteſt ſe obligare, non poteſt etiam bona alienare.*
*Quid in mulieribus vel filijs, ſi prohibeantur ex forma ſtatuti ſine conſenſu conſanguineorum, vel patris ſe obligare.*
*4 Interdictus bonis uel furioſus ſi iurauerit, an teneatur iuramẽtũ ſeruare.*
*5 Interdictio bonorum ſi fiat non ex cauſa prodigalitatis, an ualeat, & auferat poteſtatem adminiſtrandi, & alienandi.*
*6 Furioſo interdicitur bonis per legem abſque facto iudicis.*
*Quando ei datur curator, an debeat citari.*
*7 Furioſus ſtatim & prodigus poſt interdictionem factam per iudicẽ, ſunt in cura proximi agnati, & ſic eorum tutela eſt legitima.*
*8 Interdictio ſola, an ſufficiat, ut auferat poteſtatẽ adminiſtrãdi et alienãdi*
*An ſufficiat ſola datio curatoris.*
*9 Quid ſi interdictio eſſet nulla, uel interdictos redeat ad ſanos mores.*
*10 Interdictio ſi nõ eſt facta prodigo, ſed contrahentibus cum eo, an ualeat.*
*11 Pupillus ſi eſt doli capax quare obligetur naturaliter, & prodigus non.*
*12 Prodigus cui bonis eſt interdictum, an obligetur ex delictis.*

1 **IS cui bonis.** †Interdictio bonorum nõ reddit quem inhabilem ſibi ad acquirendum, ſed ad ſe obligandum tm̃. h. d. & habet
2 materiã quotidianam, & utilẽ.† Adde, ꝙ ẽt reddit inhabilẽ ad teſtandũ, & ẽt in teſtõ teſtificandũ, vt in l.is cui bonis.de teſta.quod eſt mirandũ, cum iſti actus nõ ſunt ſibi ꝑiudiciales, qa æquiparant̃ pupillo, vt in l.certi ꝯditio.§. qñ.ſi cer.pet.q non põt teſtari, nec eſſe teſtis in teſtõ. ¶In tex.ibi.interdictũ eſt.(ſ.ꝑ iudicẽ) vt l.Iulia.de cura.fur.& cã cognita ipſo citato nõ aliter. vt l.obſeruare ſ. eo. ſunt & alij quibus interdicit̃ ꝑ l. vt hæretici. C. de hęre. l.qñ.& irretitus crimine læſæ maieſtatis, vt in l.fi. C. ad l. Iul. maieſt.& iſti ẽt alianare non poſſunt, vt ibi, ſed poſſent ſe obligare, qa in eorum pœnã, & non in fauorẽ fit iſta interdictio, ſed hic in
3 fauorẽ. ¶†In tex.ibi. (ſibi acquirit.) ſed contra, quia æquiparatur furioſo, vt in fi.& furioſus nõ ſtipulatur. vt in l. in negotijs.de reg. iu.Sol.tñ æquiparatur furioſo qñ diſſipat, & ſe obligat, vt in l.is cui bonis.de tut.& cura.da.ab his.non cũ acquirit, ſed verè furioſus eſt etiam inhabilis ad acquirẽdum, quia caret intellectu. prodigus verò non caret verè, ſed fingitur carere cum diſſipat. ¶In text.ibi.(tradere verò non poteſt.). ſ.quantum ad hoc vt transferat dñiũ, vel ẽt poſſeſſionem ciuilẽ, aut naturalem, qa eſſet alienatio, ſicut nec pupillus põt, vt ſ.de acqui.re.do.l. pupillus. ſed benè põt tradere de facto, & trãferre detentionẽ.ſed ꝯ ꝙ ẽt poſſeſſionon dñiũ, vt l.j.§.ſi vxori.de acq. poſ.Sol.verũ eſt, qñ fit ab eo, cui non eſt interdicta adminiſtratio, aliàs ſecus.& dicit Ange. eſſe notandum, ꝙ qui non põt ſe obligare, non põt etiã bona alienare, quod no.pro ſtatutis prohibentibus mulieres ſine conſenſu cõſanguineorum, vel filiũ ſine conſenſu patris ſe obligare, nec poterunt transferre dominiũ vel poſſeſſionẽ, quã habẽt in alium. Sed hoc eſt dubiũ, qa iſte non prohibetur ſolũ ſe obligare, ſed cũ ſibi interdicta eſt adminiſtratio prohibetur etiã alienare, ſtatutũ aũt prædictum loquitur de obligatione tantum, vnde cũ ſit ſtricti iuris, non vr̃ extendi ad alium actum aduerſum. Tene mẽti, & pon
4 dera, quia quotidianũ eſt. ¶†In tex.ibi(obligari.) ſubaudi ẽt naturaliter, ideo nõ põt accedere fideiuſſor, & quia furioſus ẽt naturaliter nõ obligat̃, ſed an ſi iurauerit teneatur iuſm ſeruare? dicit Ang. ꝙ nõ, qa ſi teneret̃ ſeruare, obligaret̃ ſaltẽ naturaliter, qđ hic ꝓhibet, & iſta rõ nihil valet, nã q tenet̃ ſeruare iuſm cõpellit̃ offõ iudicis, nõ iure actionis, qa ex iuro nõ orit̃ actio, & hoc patet ex not.ꝑ Inn.ĩ c. nouit.de iudi.& per Bart.in l.ſi qs pro eo.de fideiuſ. & poſito ꝙ obligaret̃, iſtã obligationẽ prouenĩẽtẽ ex mero iuro nõ põt impedire l.ciuilis, cùm iuſm nõ ſit de foro ſeculari hodie Bart.qui tenet idẽ, aſſignat aliam rationẽ, qa ꝯhendo in ſui ꝑiudiciũ facit ꝯ prohibitionẽ huius l.& ſic peccat mortaliter, quia non obedit ſuperiori: ideo iuſm non ligat, ex quo ſequitur peccatum, vt in c.cum contingat. de iureiur. ſed nec iſta rõ placet, quia iſta l. nõ prohibet, ꝙ prodigus nõ cõtrahat, quia tunc procederet rõ Bar. ſed reſiſtit effectui cõtractus, dicendo, ꝙ nõ obligatur: ideo ceſſat eius rõ. & poſito, ꝙ ꝓhiberet, ñ eſt verũ, ꝙ mortalitet peccaret, cũ prohibitio ſit facta eius fauore, & hoc tenẽt Moderni reprobantes opi.Bar.qui vbique ita tenuit. Dic ergo rõnẽ, qa prodigus non hẽt rectũ iudiciũ, quod patet, qa ęquiparatur furioſo, & in iuro requirit̃ rectũ iudiciũ & conſenſus, quæ res ſunt comites iuri, vt valeat, inter quos eſt iſte, vt no. C.de nupt.authen.ibi poſita, & ita diſputando tenuit Fede. de Senis, in xxx. quæſtione. ¶In glo. ibi, ſed dic ꝯ. Iſtã eãdem opi.firmat, gl.in lege prima, in prin. de cur.fur.licèt cõtrariũ videatur tenere in l.is cui bonis, de teſtamen.& illã vr̃ ſequi Bald.in d.l.j.de cur. fu. quia notorium & ſñia æquiparantur, & vbi eſt notorium ſñia nõ eſt neceſſaria, vt l. emptorem.de act.emp. primam opi. ſequitur Barto. & cõiter tenetur, nã nõ ſufficit notorietas prodigalitatis, vnde ſi iudex declarat aliquem eſſe prodigum, & ſic induceret̃ notorietas iuris, hoc non ſufficeret, ſi nõ interueniret interdictio bonorũ vel datio curatoris, quæ habetur pro interdictione, vt colligit̃ in l. Iul.de cur. fur.& in l.tutores.in fi. de admini.tuto.ergo nec ſufficit notorietas facti.Bal.tñ in l. j. tenet indubitãter, ꝙ pronuntiatio iudicis de qua ſ.ſufficiat, quia declarãdo eũ eſſe prodigũ, vr̃ ſibi bonis interdicere, cum ſentẽtia declaratoria habeat vim diſpoſitionis, vt l.qd tñ §.ſi arbiter ſ.de arbi.& ĩ hoc opi.Bal.plus placet, ſed ſi eſſet notoriũ facti dũtaxat, plus placeret opinio Bar.quia nullum factum iudicis interuenit, dicit tñ Bart.& alij, qui ſequuntur illam opinionẽ, ꝙ ſi ꝯheret in uſum manifeſtę prodigalitatis, poſſet procedere contraria opinio, per l.ſi qs cum ſciret.pro emp. & per hoc dicebam anno præterito in ardua qõne de facto, cũ quidã manifeſtus prodigus (cui tñ non erat interdictum bonis per iudicem) feciſſet cuidam donationem omnium bonorum ſuorum, poſſet dici non ualere, cum donatio ſit prodigalitatis, ideo non cadit in adminiſtratione tutoris uel curatoris, qui non pñt dilapidare,
a ut l.ab agnato ſ.de cur.furi.non tñ fui auſus[a] conſulere, vt partes
5 ad concordiam deuenirent, collige tñ ex iſta gl. q̃plura.† Primo in principio, ꝙ iſta interdictio debet fieri ex cauſa prodigalitatis. ¶Sed quid ſi fiat non ex iuſta cauſa, an valeat & auferat poteſta-
**§.non ſolum.** Tempus mortis promiſſoris ſiue deducatur in ſtipl'onem ꝯdōnal'r per ſi, ſiue tpal'r per cū, facit ꝯdōnem, ſicut tp̄s oīno incertū, an & qñ, licèt ſit certū an, & incertū qñ. h. d. in effectu. & ſic vr̄ hic caſus expſſius de opi. Bar. quā poſuit in l. ita ſtipl'atus. in ij. q princ. qñ apponit̄ tp̄s mortis. An interim ſtipl'o ſit ꝯdōnalis, vel pura, & an naſcat̄ actio. ſuꝑ quo ſunt gl. ꝯ̃riæ. & ipſe tenet, ꝙ ſit ꝯdōnalis, & ꝙ nō naſcat̄ ꝑ l. j. C. ut act. ab hærede. vel ꝯ̃. ſed hic vr̄ text. expreſſior, q vult ꝙ paria ſint ſtipl'o cū morieris, & ſtipl'o ſi morieris, & ſic ſtipulando ꝑinde ſit ꝯdōnale acſi ſtipuler ſi veneris, vel cū veneris, quo caſu tp̄s eſt oīno incertū, & ſine dubio facit ꝯdōnalē, vt l. ſtipl'o iſta. §. inter certā. in fi. ſ. eo. ¶Opp. ꝙ iſta ꝯdō ſi morieris, nō reddat ſtipl'onē ꝯdōnalē, cū oīno ſit extitura, & ſic vr̄ ſtipl'o pura, ut l. pupillus. §. ſi ſub ꝯdōne. j. de do. Sol. licèt glo. ibi videat̄ uerificare illum tex. in hac tñ ꝯdōne nō eſt bonū exēplū ꝑ iſtū §. ſed dēt uerificari in ꝯdōne oīno neceſſaria, ꝗ uera eſt de ꝑ̄ſenti, & nō hēt aliqđ tp̄s incertū, ut si digito cœlū nō tetigeris, ſed iſta, ſi morieris eſt ꝯdōnalis, ēt in ꝯ̃ctibus, fortius in vltimis volūtatib. Vñ Bart. reꝑhendit quādā opi. quā refert Cy. in l. extraneū. C. de hær. inſti. ꝗ diſtinguebat inter ꝯdōnē ſi talis moriet̄, vel cū moriet̄. Primo caſu dicebat legatū uel inſtōnē ꝯdōnalē. Scđo caſu eſſe purā, & ꝯdōnē haberi ꝓ non adiecta, qđ eſt ꝯ̃ iſtū tex. & ꝯ̃ l. qbus diebus. §. qdā Titio. de ꝯd. & dem. Item adhuc opp. ꝙ iſta uerba cū morieris, nō reddāt ꝓmiſſionē ꝯdōnalem, quia ſi ſolueris ante mortē, ñ repetis ſicut ſi deberes in diē oīno certū, ut l. nā si cū moriar. de ꝯ̃di. inde. Sol. uera ꝯdō eſt, ut hic, ſed non quo ad effectū repetitionis, ut ibi, & ita vr̄ ſentire Bar. in loco ꝑ̄alleg. gl. no. in illa l. cū filius. §. si ſub ꝯdōne. vr̄ uelle, ꝙ iſta ſtipl'o si morieris, nō sit ꝯdōnalis, ſed in diē, quia non poſſum petere ante mortē tuā, sicut si ſtipulatus eſſem cum morieris: ſed iſte tex. vult ꝙ sit ꝯdōnalis, cum dicat ꝙ non sit differetia inter unam conceptionem, & alteram. Sed ꝯ̃, ꝙ imò sit, ut l. si Titio. qñ dies leg. ced. Sol. nō eſt dr̄ia quantum ad inducendam ꝯdōnem ut hic, ſed quantum ad modum inducendi sic, quia dictio, si, principaliter ꝯdōnem facit, ſecundario tempus. Sed dictio, cum, è ꝯ̃rio, & iſta differentia eſt utilis. Vnde opp. vltimo de l. ſeq. §. fi. ubi fit differentia inter si, & cū. Sol. hic conditio erat extrinſeca, ibi intrinſeca, quia circa uoluntatem promittentis, quæ neceſſaria eſt in promiſſione, ſed hic non erat neceſſaria ſm Dyn.

LEX XLV.

**C**Enteſimis. ¶Nota hic ꝙ dies ꝯ̃ditionalis ſeu tēpus certū an, & qñ, nō inpedit oriri obligationem ciuilem, & nālem, & ad hoc principal'r alleg. Sed an impediat oriri actionem, dic vt in l. ita ſtipulatus. in ij. q. per Bar. Item per iſtum tex. dicit Ange. fatuam eſſe qōnem quæ fit per Doc. an si promittis mihi centum poſt xxx. annos, poſſim ipſa petere lapsis annis xxx. ad quam qdā dñt ꝙ non, quasi ei sit præſcriptum. Alij ꝯ̃, quia non pōt pręſcribi anteꝗ peti poterint, & hæc uera. ut not. Cyn. in l quoties. de prec. Impe. offe. ſed hic eſt caſus expreſſus dum dicit, centesimis calendis, & sic poſt centū ann. si ageret̄ de certis calendis vnius mēſis.

1 *Stipulatio poteſt conferri in uoluntatem promiſſoris per dictionē, cum, iunctam futuro ſubiunctiui modi, ſi tamen nō ſequatur declaratio voluntatis ex poſtfacto efficitur inutilis, ſed per dictionem, ſi, non poteſt committi cuicunque tempori adiungatur.*

2 *Vltima uoluntas an poſſit conferri in uoluntatem hæredis.*

3 *Eo caſu quo contractus poteſt conferri in arbitrium iudicis, etiam ſi conferatur per verba importantia liberam voluntatem, an tamen debeat reſtringi ad arbitrium boni viri.*

4 *Dictio, cum, principaliter denotat tempus, ſecundario conditionem, & quid in dictione, ſi.*

5 *Sententia iudicis an comparetur contractui, vel ultimæ voluntati.*

1 **§.Si ita ſtipulatus.** †Stipl'o pōt conferri in uoluntatē ꝓmiſſoris ꝑ dictionem, cum, iunctam futuro ſubiunctiui modi, si tñ non ſequatur declaratio uoluntatis ex poſtfacto efficitur inutilis, ſed per dictionē, ſi, non poteſt committi cuicunque tempori adiungatur, h. d. text. cum gl. ¶In tex. ibi. {inutilem eſſē ſtipulationem aiunt.) ſcilicet ab initio. & hoc ideo fortè, quia de natura obligationis eſt ut debitorem inuitum aſtringat poſtquam eſt contracta, uel ſit apta aſtringere, alias non poteſt dici obligatio, ut l. sicut. de act. & oblig. & ſ. tit. j. l. ſub hac. ſed certè iſta eſt hmōdi, quia si ſemel declarat ſe uelle, ſtatim aſtringitur, nec poteſt poſtea pœnitere, ut infra eod. l. si quis ſtipulatus sit Stichum. & hoc propter naturam ſubiunctiui futuri, ut si uoles, quòd deriuatur à præterito, & primam uoluntatem significat. non sit in futuro indicatiui, ut si uoles, quod deriuatur à præſenti, & tunc exponitur si uolens feceris. Vnde requiritur perſeuerantia in uoluntate uſq ad ſol'onē, & poſſet pœnitere. Vnde non fieret ab obligato. uel ab inuito, ſed à ſponte cōuēto, & ideo non ualet illo modo ꝯcepta, ut in gl. Quid aūt ſi declarauit ſe nolle? rñdeo non ꝑꝑea irritatur, qa pōt uolūtatē mutare,
2 ut C. de fideic. lib. l. liberi. †¶In tex. ibi. (si anteꝗ ꝯſtituas morieris.) & sic moriēs non vr̄ uelle, non sic in ultima uoluntate si fuiſſet legatum relictum cum hæres uoluerit, qa si decederet anteꝗ declararet ſe uelle, deberetur legatū, ut in l. fideicom. §. hoc aūt legatū. de leg. iij. dummodo uiuente adhuc legatario, al's ſecus, ut ibi, & sic moriendo videtur velle ſm gl. ibi. uel dic ꝙ illa non eſt ratio ꝙ

vi deatur uelle moriendo, ſed eſt qa fauore vltimæ voluntatis ta-
le relictũ cenſet̃ factũ poſt mortẽ hæredis, vt probatur in l.tutorẽ.
§.relictũ.eo.titu.non ſic in ꝯ̄ctibus, vt hic. Eſt & alia dr̃ia, qa ſtiplo
facta cũ uoles, nõ ualet, vt hic in gl.ſed legatũ factũ cũ hæres vo-
let, bñ valet, & ſimlr cenſetur relictũ poſt mortẽ hęredis, vt l.vxo
rem. §.pe.ſed qñ confertur ꝑ dictionẽ, ſi, ſicut non valet ſtiplo, vt
hic, ita nec legatũ cuicunque tꝑi apponatur dictio, ſi, vt in d.l.fi-
deic.§.quanq̃.de leg.iij. hoc tñ uerũ qñ iungitur uerbo ſignificãti
liberã uoluntatẽ, vt eſt verbum volo. Sed ſi verbo ſignificanti ar-
bitrium boni viri, tunc põt cõferri in voluntatẽ hæredis ẽt per di-
ctionẽ, ſi, vt ſi examinauerit, ſi arbitratus fuerit, vt §. q̃q̃ & l.ſi ſic.
in prin.de leg.j.& ibi Bar ponit quæ ſint uerba denotãtia arbitriũ
boni viri, ſed in ꝯ̄ctibus non refert inter verba prædicta, quia etiã
per importantia arbitrium boni viri non põt conferri ſubſtantia
ꝯ̄ctus, vel aliquid ſubſtantiale in uoluntate vel arbitrio futuri de-
bitoris, ut l.qđ ſæpe.§.j.ſ.de ꝯ̄h.emp.& hæc eſt differentia inter ꝯ̄-
3 ctum, & ultimam uoluntatem.† Adde quartam eo caſu quo cõ-
tractus conferri põt in arbitrium alterius, ẽt ſi conferatur per ver
ba importãtia liberam uoluntatem, tñ debet reſtringi ad arbitriũ
boni uiri. Vnde ſi duo cõmittunt ꝯ̄ctum in voluntatẽ tertij pro-
mittentes facere prout ille voluerit, dẽt intelligi arbitrio boni viri,
per gl quæ eſt in l.pen.de arbi.& qđ no.Cyn. in l.ſi cum ea.C.de
dotis promiſ.& Bal.in l.fi.C.de ꝯ̄hen.emp. non ſic in ultimis volũ
tatibus, qa eſſet captatoria ſi in liberã uoluntatẽ tertij cõmittere-
tur, & eſſet nulla, vt l.captatoriæ.de leg.j.& ſic nõ ſubſtantia lega-
ti ſed electio perſonæ, vel rei cõmitteretur per verbũ liberæ voñ
tatis, non reſtringeretur in arbitrium boni viri, ut in l. cum quidã.
de leg.ii.Et no.quia non reperies iſta ſic diſtinctè poſita, & ꝑ mo-
dum intelligibilem.¶In tex.in fi.ibi.(inutilem eſſe.) & ſi cõſtituas
te uelle, ut no.ſ.tit.j.l.ſub hac per gl. Sed quid ſi promiſiſti ſub con
ditione.ſi declaraueris te velle:tenet Ang.hic valere, qa non depẽ
det à mera uoluntate, ſed à facto tuo. ſed poſtq̃ ſemel declaraue-
a ris, non poteris pœnitere qđ not.[a] In gl.ibi.(non ipſum dare,) ſed
certe ipſum dare, quia ſi nunquã declararet ſe velle, non debet da
re:ideo tene aliam rõnem diuerſitatis, quam ponit gl. ſeq.quæ in-
4 cipit, (ſed quæ eſt.) quia † dictio, cum, principaliter denotat tẽpus,
ſecundario conditionem, dictio, ſi, econuerſo, & ex hoc multæ
reſultant differentiæ, quas ponit Bar.in l.fi.de cond.& demon.vbi
omnino uide, & ſic patet ꝙ eſt differentia inter ſi, & cum, qñ ap-
ponitur ẽt ad id, qđ eſt extrinſecũ in actu, vt eſt uoluntas in ꝯ̄cti-
bus, ſic ẽt qñ circa id.qđ tacitè inerat, ẽt ſi nõ fuiſſet expreſſum, vt
j.l.ꝓxi.in tex.& gl.ſecus ſi circa extrinſeca, q̃ non inerãt, vt ſ.l.ꝓxi.
§.pen.Cætera circa hunc articulũ vide hic ꝑ Doct: in q̃bus fit dif-
ferentia inter ſi, & cũ.Et Bar.inducit ad qõnem iſtã mãm de poſi-
b to ad cõfinia, & ſic quouſq; iudex voluerit.[b] † Iudice.n.mortuo,
5 uel remoto finiuntur confinia, & an ſñia iudicis comparet̃ con-
tractui, vel vltimæ voluntati, vide hic per eum, parum tñ facit ad
propoſitũ iſta mã, quia hic voluntas vitio ob.In dicta verò qõne
apponitur fini & durationi.& videtur ꝙ morte finiatur, quia fini
tur uoluntas, ut l.iiij.ſ.loca.& c.ſi gratioſe. de reſcrip.lib.vj.

ADDITIONES.

a ¶Quod no.Imo.hic tenet contrarium quem ſequitur d.Alex.vt hic ꝑ eũ.
b ¶Voluerit.Vide Ang.& Imo.hic Bal.in l.fi.C.de contrahen. emp.& in l.j.
C.de poſtul.Bar.in l.poſt dotem.infra ſolu.matri.

## LEX XLVI.

Qui ſic. ¶In ſtiplone nouante cenſetur repetita dies, vel
cõdõ, quæ erat in ſtiplone nouatæ ſi in nouata
nõ fuit certa quãtitas expreſſa, ſed ſimplr relata ad qđ debebatur
ex prima.h.d.ſecus ſi fuiſſet expreſſa, ſed dic, vt no.Barto.in l.ſi Sti-
chũ.§.legata.j.de noua.& l.in diẽ.cũ ibi no.& in l. ſi prior. ſol.mat.
& tetigi ſ.eo.l.ſi dari.¶Opp. qa ſm hoc iſta ſecunda erit ſuperflua
ꝯ̄ l.j.in fi.ad munic. dic ꝙ imò non eſt, ſed multum operatur, qa
tollit primam, & incipit ex nũc obligatio, & noua ꝓ̄ſcriptio. Item
contra.l.qui bis.ſupra eo.ſed dic ꝙ hic qñ conſtabat, ꝙ animo no
uandi, alias locum haberet l.ꝯ̄tria.nec in dubio præſumeretur no-
uatio:etiam in iſto iure poſtq̃ non continet plus quàm prima.

## LEX XLVII.

SI decem. ¶Verba iſta cũ petiero nõ reddũt
ſtiplonẽ ꝯdõnalẽ, ſed potius quan-
dam admonitionẽ in ſe continent.h. d. Rõ eſt, qa ẽt
ſi non fuiſſent appoſita, ſed ꝓmiſiſſes decẽ mihi ſim-
plr dare, intelligitur cum petiero, nec anteq̃ petã teneris dare, qđ
patet, qa ſi tenereris, eſſes ſemꝑ in mora, & tñ non es niſi petã: nõ
ergo aliqd operatur expreſſio eius qđ tacitè ineſt, ut l.iij. de leg.j.
¶In tex.ibi, (quã ꝯdõnem) uidebatur ꝯ̄rium, qa qñ ſtiploni adijci
tur tẽpus oĩno incertum an & qñ, ẽt per dictionem, cũ, tale tẽpus
reddit eam ꝯdõnalem, ſicut ſi per dictionẽ, ſi, ut ſupra eod.l.ſtiplo
iſta.§. inter certã. in fi. & ſic videbatur ꝯ̄cta ſub ꝯdõne, ſi petiero,
ſed illa ꝯdõ eſt perſonalis, & refertur ad factum perſonæ meę, &
ſic uidebatur per mortem meam extingui iſta, & non poſſet im-
pleri per hæredem, & ſic ſtipulationes euaneſcerent, & iſta erat
rõ dubitandi, ſed dic ꝙ iſtud procederet in tꝑe quod tacitè non
inerat ſi nõ fuiſſet expreſſum, ut cum Titius conſul factus fuerit,
uel cum ego uenero ad talem locum, & tunc facerem ꝯ̄riũ, ſed
hic inerat, ut ſ.dixi, ſed ſi promiſiſſes ſub ꝯditione ſi, vt ſi petiero,
tunc ẽt iſto caſu eſſet ꝯdõnalis, ut in gl.& ſi decederem anteq̃ pe-
terem, non poſſet iſta ꝯdõ impleri per hæredẽ meum, & hoc te-
nuit iſte tex.a ꝯ̄rio.¶Vnde alleg.ꝙ ſicut in ultimis uolũtatibus po
teſtas implendi ꝯdõnem non tranſmittitur ad hęredem. quia ipſa
ultima uoluntas ꝯdõnalis non tranſmittitur, vt l.à teſtatore.cũ ibi
no.de ꝯdi.& dem.Et ita in ꝯ̄ctibus, licèt de ſui nã ẽt ꝯdõnales ꝯ̄ctꝰ
ad hæredem tranſeant, ſeu tranſmittantur, vt Inſti. eo.§. cõdõ.ſed
hoc qñ ꝯdõ non dependet ex facto ꝯ̄hentis, & ſic nõ eſt ꝯdõna-
lis ſed caſualis, ſi uerò poteſtatiua, & in facto ſuo ꝯſiſtens, cum fa-
ctum hr̃dis ſit diuerſum à facto defuncti, non tranſmittitur, & ſic
ꝯ̄ctus euaneſcit. De hoc articulo vide hic plenè per Bart. de quo
ẽt per Cyn.poſt Pet.in l.ſi plures.C.de condi.inſer. Fallit tñ hoc ſi
ille qui hr̃et implere ꝯdõnem obtuliſſet in eius vita, & per alterã
partẽ remanſiſſet, nam tunc tranſmittitur ẽt in vltimis uoluntati-
bus, vt l.cui fundũ.in fi.de cond.& dem.fortius in ꝯ̄ctibus.¶Vlti-
mo quæritur de qua petitione hic intelligitur: dic ꝙ ẽt de extraiu-
diciali, ꝑ id qđ no.j.eo.l.qui Romæ.§.cohæredes. nec obſt.j.rem
rat.habe.l.amplius.qa ibi qñ refertur ad illũ à quo petitur, ut ſi ꝓ-
mitto à te non petere, non enim videor petiiſſe vt incidam in pę-
nam niſi poſt litẽ.conteſta.hic uero refertur ad habentem petere,
& ſic intelligitur de qualibet petitione ſecundum Doct.

## LEX XLVIII.

1 *Pater ex contractu filij tenetur de peculio acceſſorie ad ſimilitudinem fi-*
*deiuſſoris, & ipſe filius habetur, ut principalis.*
*Mora principalis nocet ei qui tenetur acceſſoriè, non ſic econuerſo. & vi-*
*de nu.2.*
*Extincto principali an extinguatur acceſſorium.*
3 *Cõtumacia filij an debeat nocere patri, ſi ſtatutum dicat, ꝙ pater tenea-*
*tur ſoluere cõdemnationẽ pro filio delinquente, & condemnato de ma*
*leficio, & fuerit proceſſum contra filium abſentem ex forma ſtatuti,*
*& poſitus fuit in banno: & habitus pro confeſſo, & condemnato.*
4 *An tale ſtatutũ ualeat, & de quo filio intelligatur, an ẽt de nõ legitimo*

1 CVm filiusfamilias ¶† Mora illius q
principaliter te-
netur, ꝑpetuat obligationẽ, etiam quo ad illum, qui
tenet acceſſoriè, ut per interitum ſpeciei debitæ non
extinguatur, ſed mora illius qui tenetur acceſſorie nõ perpetuat
quo ad principalẽ, ſed ſolum quo ad ſe, non quo ad directã actio-
nẽ, quia ſublata principali, acceſſoria directa neceſſario tollitur de
rigore, ſed quo ad vtilem actionem ex æquitate.h.d.facit l.mora.
2 j.eo.¶† No.quia ſemper alleg.ꝙ pater ex ꝯ̄ctu filij tenetur de pe-
culio acceſſorie ad ſimilitudinem fideiuſſoris, & ipſe filius hr̃ vt
principalis. Item ꝙ mora principalis nocet ei qui tenetur acceſſo-
riè, non ſic econuerſo. Itẽ ꝙ extincto principali extinguitur acceſ
ſorium mero iure, licèt ex æquitate ſi acceſſoriè obligatus fuit in
mora ſubrogetur loco illius extincti utilis actio. Gl. ſuper uerbo
(utilis actio) opponit quòd imò detur actio de dolo ꝯ̄ patrẽ, uel
fideiuſſorem ꝑꝑ eius moram, non autem utilis, ut ſ. de dolo.l. ſi
fideiuſſor.& non ſoluit, dicas ꝙ hic obligatio erat pura, & ſic pa-
ter uelut fideiuſſor potuit in mora cõſtitui, ibi verò erat in diem,
& ſic non potuit in mora conſtitui per interpellationem, ut in fi.
huius l.& iſte fideiuſſor interemit rem debitam, ideo tenetur de
dolo, & ceſſat utilis. Item iſta ęquiparatio de patre ad fideiuſſorẽ
eſt bona quantum ad id qđ hic dr̃, ſed in multis alijs differunt, &
maximè: quia ꝯ̄ fideiuſſorem non poteſt hodie agi, niſi excuſſo
principali, ut in auth.præſente, C.de fideiuſ.ſed in patre non requi-
ritur excuſſio filij, ut no.in l.iij.§.ſed vtrum.ſ. de mino. Itẽ ſñia lata
ꝯ̄ principalem nõ mittetur executioni ꝯ̄ fideiuſſorẽ niſi eẽt, fide-
iuſſor de iudicato ſoluendo, ſed requirit̃ nouum iudicium & no
ua ſñia, ut no. in l.fi.C.de uſur.rei iudi. & in l.j. j.iudica. ſolu.per
Doctor. & c. j. de iniur. lib.vj.& tñ mitteret̃ executioni ꝯ̄ patrẽ
in peculio profectitio, ut in §.ſed utrum. & ibi nota. Alias uide
per Barto.hic † Vltimo inducitur iſta.l.in quantum dicit, ꝙ mora
3 filij tanq̃ principalis nocet patri quantum ad perpetuandam
actionem de peculio. ne per interitum rei extinguatur, ꝙ ſimi-
liter contumacia filij debeat nocere patri, ſi ſtatutum dicat, ꝙ pr̃
a teneatur ſoluere ꝯdemnationem pro filio[a] delinquente & con-
demnato de maleficio, & ſi fuerit proceſſum ꝯtra filium abſen-
tem ex forma ſtatuti & poſitus in banno & habitus pro confeſ-
ſo & ꝯdemnato, quam poſuit hic Dy.& Bar eam diſputauit, &
hic

ADDITIO.

a ¶Pro filio.Sed qđ ſi filius ſit illegitimus, an habebit locũ ſtatutũ uide Io.
And.in addi.Spe.in rub.qui fi.ſint legi. & uide adq. Bar.in addit.ad Spec.
in ti.de prola. ſententiæ.Bal.& Ange.in l.qui repudiantis.§.j. de inof.teſt.
Ange.in l.ij.ſ.ſi ex nox.cauſa agatur Abb. conſi. 66. Ro. conſi. 154. uide
Alex.in l.ſępe de re iud.ubi aliquas limitationes ponit.

hic recitat deciſionẽ ſuã, quã fecit diſtinguẽdo ꝯ not.de qua etiam qõne tangit Bal.& iõ vide oĩno C.ne fil.pro pat.l.j.Et aduerte q̱a qõ hẽt dubiũ qñ pater non fuiſſet citatus in ꝓceſſu , quo caſu rñ̃a eſt,ꝙ proceſſus agitatus ꝯ abſentẽ, & nõ ſe defendentẽ, ſibi ſoli, & nõ alteri dẽt nocere, q̱a ſñia p̃ſumitur lata potius ꝑꝑ defenſionem non factã,q̃ pro veritate,vt patet in l.qui repudiantis.in fin.ſ. de inoffi.teſt.& l.ſi iõ decreuerit.cũ ſi.ſed ſi fuit citatus,iura illa nõ hñt locum,q̱a non abſentia illius nocet ſibi,ſed propria,debuit.n. cõparere pro ſuo intereſſe, & aſſiſtere liti, & probationes facere poſtq̃ erat citatus.iuxta not.in l.ſi ſuſpecta.ſ.de inoffi.teſt.qđ ſi nõ fecerit ſibi imputet,& ſñia ſibi non nocet per ea q̃ not. Cyn.poſt Pet.in l.j.ante fi.C.de aduo.diuer.iud.& ꝑ c.inter quatuor.de ma. & obe.& C.ſi ꝑꝑ publ.pen.l.ſi deſerta. & qđ not.in l.in cauſæ.§.j. de mino.& l.cum miles.in fi.quib.ex cau. maio. Ex quibus ſimiliter in qõne de facto feci remanere confuſum quendã magnum aduocatum,q̱ non cõſiderabat p̃dicta. Nã ego faciebam procedere ꝯ principalẽ abſentẽ qđ fieri poterat ex forma ſtatuti in ſingulis actibus, feci citari tertiũ poſſeſſorẽ bonorum illius, q̃ erant obligata:aduocatus eius de illis citationibus truffabatur, & proteſtabatur,ꝙ non citaretur amplius, quia nihil habebat agere de cã illius,& conſiderabat ll. primo loco allegatas, quia procedebat̃ ꝯ abſentem,& ſe non defendentem, & ſic proceſſus, & ſñia ꝯ cum lata non poterat facere præiudicium ſuo clientulo,ſed lata ſñia ꝓ reo petij ſñiam executioni mandari ꝯ poſſeſſorem, qui opponebat de illis iuribus,& ego rñdi ſibi,ꝙ fuit male auiſatus,& non cõſiderauerat effectum citationũ ſui clientuli, & finaliter obtinui ꝑ tres ſñias cõformes,licèt cum difficultate ꝑꝑ ignorantiam multorum quibus cã fuerat cõmiſſa,qui dicebãtur valentes, & nõ erãt, & iõ Bal.conſiderans prædicta in l.j.C.ne filius pro patre.nõ ſine miniſterio intellexit quæſtionem Bart.hic qñ pater fuit citatus, licèt Bar.non dicat hoc expreſſe, bene tñ ſentit in quibuſdam ver-
4 bis dum dicit cautum eſſe patrem requiri.† Et ibi etiam Bald. ponit an valeat tale ſtatutũ,de quo filio intelligatur an etiam de non legitimo vide in addi.Spec.in tit.qui filij ſint legit.

**§.Si ſtipulatus.** Factum fideiuſſoris non facit ſtipulationem cõmitti ꝯ principalẽ. ſed ẽconuerſo factum principalis ꝯ ſe & fideiuſſorem cõmitti facit. h.d.& loquitur qñ ſtipulatio continet factũ negatiuum, vt q̱a ꝓmiſiſti per te non fieri quominus ire agere mihi liceat,& dediſti fideiuſſores.Nã videris promiſiſſe de eodem facto.ſ.ꝙ per te non fiet,ſi ergo ipſe facit ꝯ,non venit ꝯ ꝓmiſſa,quia de facto ſuo non promiſit,ſed de tuo.Gloſſ.hic tangit vnã difficultatem, qñ in obl. principaliter eſt factum qũo poteſt accedere fideiuſſor.Nam aut promittit fideiuſſor,ꝙ principaliter illud faciet, & tunc promittit factum alienũ,& ſic nõ valet,ẽt ſi fideiuſſorio noĩe ꝓmittat, vt l. ſicut reus.de fideiuſſ.aut ꝓmittit ſe facturũ, & curaturũ, ꝙ ille faciet,& tunc aliud factum promittit quàm promiſerat principalis. Vnde non poteſt dici fideiuſſor,cum principalis,& fideiuſſor debeant eſſe obligati ad idem,non ad diuerſa,vt l.Græce.§.ſi quis.de fideiuſſ.Bñ primum fateor eſſe verum per illam l.ſicut reus.Secũdum non,quia cum factum ſuum.ſ.de faciendo,& curando,vertatur circa idem,circa qđ vertitur factum principalis,non cẽſetur diuerſum,ſed idem cum illo,& iſtud voluit hic gl. poteſt etiam intercedere alio modo.ſ.promittẽdo intereſſe, & tunc clarum eſt, qm̃ ad illud eſt principalis etiã obligatus poſt moram, & ceſſant opp.prædictæ.Item & tertio modo poteſt intercedere,ꝙ promittat illud idem factum qđ promiſit principalis,nõ dico,ꝙ ipſe principalis illud faceret,quia tunc promitteret factũ alienũ, ſed ꝙ ipſe faciet ſi eſt eiuſdem induſtriæ,vel melioris,q̱a tunc reputabitur factum illius principalis,aliàs ſecus,vt l.nemo eſt q̱ neſciat.j.de duo. reis.& ibi ẽt de hoc tangitur,in l.ſi quis pro eo. de fideiuſſo.

**§.In hac.** Factũ hæredis facit cõmitti ſtipl'onẽ interpoſitam à defuncto,ẽt ſi illã ignorabat,niſi ſit pupillus.h.d.ſubaudi.& faciens ſine tutoris authoritate, al's idem ĩ eo. ꝑ l.ſi ſtipulatus.ſ.eo. ¶In glo.ibi, {ſed reſtituitur ex clauſula gñali} de qua in l.j.quibus ex cauſ.maio. nam l. qui in alterius. non dicit eũ eſſe reſtituẽdũ,ſed ꝙ hẽt iuſtã cãm ignorantiæ, & hoc ſufficit, vt ꝯcedat̃ reſtõ,vt d.l.fi.intellige tñ gl.qñ hæres venit ꝯ defendendo, vt q̱a poſſidebat fundũ quẽ defunctus promiſerat alteri habere licere,& ille volebat ire & hæres impediuit,ſi aũt uenit ꝯ moleſtando,vt q̱a ille poſſidebat,non hæres,tunc hñ̃et reſtõnem,q̱a ignorantia de facto defuncti non præſtat hæredi cãm iuſtam moleſtandi alterum,ſed ſolũ ſe defendendi,debuit.n.explorare anteq̃ alterum moleſtaret ſ'm gl. & alios ꝑ illam l. qui in alterius.ſi ergo fecit diligentiam in explorando,eſſet idem ꝙ in cã præcedẽti. ¶In glo.ſeq.in fi. ibi, (& ipſo nihil faciente tenetur) puta promiſiſti aliquid facere ſub pœna intrà certum tp̃s te mortuo ante elapſum tp̃s,& exiſtente tibi hærede pupillo labitur tp̃s,nõ ſic certè committitur pœna ꝯ pupillum,q̱a committitur ꝑꝑ non fieri,& ſic pupillus nõ obligatur ex facto ſuo,ſed ex ꝯctu facto cum defuncto ipſo nihil faciente,& aduerſus geſta defuncti pupillus nullum priuilegium ex ſua ꝑſona hẽt, vt ibi not. & in l.ſi cum militaribus.C. de teſt.mili.Nam cõmitteretur ẽt ꝯ hæreditatem iacentem,ut eſt caſus.j.eo.l.ad diem fortius.ꝯ pupillum hæredem.Sed an hoc caſu cõcedatur pupillo,vel alteri hæredi poſtea exiſtenti reſt. in integrum.gl.in l.ij.C.de iure emphy.tenuit,ꝙ ſic in hęrede emphyteutæ,qui nõ ſoluit penſionẽ intra tp̃s.Nam dicit iſtum incidere ĩ pęnã amiſſionis,ſed reſtituitur in integrum.Pet.ꝯ,cũ nihil ſit geſtum cũ eo, ſed totum cum defuncto. Et aduerſus geſta cũ defuncto hęres ex ſua perſona nõ habet priuilegiũ.Tu tene primam partẽ,
a vt reſtituatur ex clauſula gñali,non ex priuilegio ętatis ſuæ,& ſic ſoluitur ꝯrium,& idem eſt dicendum in caſu l.ad diem. j.eod.ſ'm Dy.& Bar.& ſi prima ſtipulatio non cõtineret diem, & ſic mora veniret cõmittenda ex interpl'one,& fuiſſet pupillus interpellatur & tunc ſi ſine tutoris authoritate, non eſſet in mora conſtitutus, vt ſ.eo.l.ſed ſi ex ſtipulatu.& ſic ipſo iure nõ cõmitteretur pęna, ſed ſi cũ tutoris authoritate cõſtitueret̃ in mora, pęna mero iure cõmitteretur ſed reſtitueretur in integrũ ẽt ex priuilegio ętatis, q̱a cũ aliq̱d ſit geſtum cũ eo,obligatur ex facto ſuo,& ſic hẽt priuilegiũ ex ꝓpria perſona,ẽt ſi ſciebat factum defuncti:ſed qñ nihil eſt geſtum cum eo,tunc ad hoc vt habeat reſtitutionẽ in integrũ ex clauſula generali, neceſſe eſt vt ignoret factum defuncti, aliàs non ſubeſſet iuſta cã, tunc autem caderet ſcientia qñ eſſet maior pupillo,vel ſi eſſet pupillus,& hñ̃et tutorem qui ſciret,vt l.iij.in fin. ſ.de tribu.aliàs non diceretur pupillus ſcire,quia id,qđ videt,ignorat iuris fictione,vt l.j.§.impuberes.C. de falſa mo. & ex prædictis cognoſcitur qñ dicatur contumacia dñi, & qñ ꝓcuratoris. Nã ſi nihil eſt geſtũ cum procuratore,ſed cũ dño,q̱a fuit dñs citatus,& miſit procuratorẽ,qui non cõparuit,non dr̃ cõtumacia procuratoris,ſed dñi.Sed ſi aliquid eſſet geſtũ cum procuratore,quia ipſe fuiſſet citatus,& non comparuit, diceret̃ cõtumacia ꝓcuratoris. Conſtat autẽ ꝙ plus nocet propria contumacia q̃ procuratoris, vt no.in l.iij.C.de procu.& in c.j.vt lit. non conteſt. per Innoc.

ADDITIO.

a ¶Clauſula gñali.Adde Bar.in l.Aemilius.ſ.de min.Ang. in l.ſi inſulã.j.eo. Bal.in l.fi.C.ſi pen.app.Pet.de Anch.&Imo.in c.potuit.de loc.& facit qđ voluit idẽ Pau.conſi.297.ꝙ licèt præſcriptio currat ignorãti, ꝙ tñ detur reſtitutio ex cl'a gñali,& ꝙ hæres emphy.ignorans non cadat, in effectu voluit Anch.conſi.173.& dictũ Dyn.ſequitur Bal.conſi.205.& 275.3.lib

**§.Si promiſſor.** Interpellatio facta añ lapſum diei non cõſtituit quẽ in mora. h. d.nã dẽt fieri cõgruo loco,& tp̃e,al's in mora nõ cõſtituit, vt in l.ſi ſoluturus.de ſol.& not.in l.mora.de vſu.bñ tñ põt cõſtitui in mora rõne doli vel culpæ,vt ſi rẽ debitam interimeret ante lapſum diei, vel ante ꝯdõnis euentum, vt no.j.eo.l.eũ qui.§.fi.per gl.& Doct.

LEX XLIX.

1 *Qui promittit per ſe non fieri tenetur etiam ne aliquis (quem poteſt ꝓhibere) faciat. Item paria ſunt ad aliquem perueniſſe, & per ipſum factum eſſe quominus perueniret.*

2 *Si feceras procuratorẽ ad agendũ contra me, poſtea venis ad tranſactionem mecum, & promittis amplius non agere, vel me nõ moleſtare, & procurator tuus agat, & me moleſtat, an cõmittatur contra te pœna.*

1 IN illa ſtipulatione. †Qui promittit per ſe nõ fieri,tenetur ẽt ne aliquis (quem põt prohibere) faciat. Item ſunt ad aliquem perueniſſe, & per ipſum factũ eſſe quominus perueniret.h.d. ¶In text.ibi,(nõ hoc ſignificatur,) ſubaudi duntaxat. ¶In tex.ibi.(ſed curaturum vt facere poſſim.)ſ. aduerſus illum quem poteſt prohibere, puta filium vel ſeruum, vel procuratorem tuum, nam iſta ſtipulatio cõmittitur ex facto prædictorum, ſicut ex facto ſuo & hæredum tuorum, vt dixi ſ. eo.l.ſtipulatio iſta.& hoc ſi ſciuiſti,& potuiſti prohibere,& nõ feciſti.Sed quid ſi ignoraſti?Rñdeo inſpicitur an fueris ĩ culpa ignorantiæ,vel non.Nam poſtq̃ promiſeras,debebas curare ſcire, nõ ſolum ſciens prohibere,vt eſt caſus not.l.in lege. ſupra loc.& hoc in illo,q̱ tenetur ex ſuo ꝯctu,vt ſufficiat,ꝙ potuerit ſcire, & obuiare,licèt tunc cum impedimentum fuit illatum ignorauerit, vel non potuerit prohibere,ſecus qui tenetur ex diſpõne legali ſi tp̃e quo ꝯctus fit non poteſt prohibere,non nocet ſibi,ꝙ al's potue-
2 rit,vt in l.iij.ſupra de noxa. & hoc colligitur hic ex verbis Bar.† qđ no. & per hoc deciditur qõ ſi feceras procuratorem ad agendũ ſpecialiter contra me vel gñal'r,poſtea venis ad trãſactionem mecum, & promittis amplius non agere, vel me non moleſtare, & procurator tuus agit & me moleſtat,an cõmittatur ꝯ te pęna?& Bar.hic variat in hac qõne.Bñ dic,ꝙ ſic, ſi potuiſti ſibi inhibere,& non feciſti per hanc l.aliàs ſecus; vt ſi eras in loco remoto a procuratore,qui poſtea te ignorante venit contra, hic non ſunt alia.

LEX L.

**Is qui.** ¶Debitor ſpeciei liberatur ſi ante moram ſpecies illa deſinit eſſe in commercio, hoc dicit: quia perinde eſt ac ſi eſſet perempta, neutro enim caſu poteſt ſolui, ut ſupra eod.l.ſi ex legati cauſa.

LEX LI.

1 *Verba obſcura in ſtipulationibus prætorijs debent interpretari ſecūdum mentem edicti prætoris, ſed in conuentionalibus ſecundum mentē contrahentium.*

2 *Si promiſiſti emendare omne damnū, quod contingeret ex ruina domus, ꝙ debeat intelligi de illo, quod contingeret uitio operis, uel ſoli.*

1 **IN conuentionalibus.** ¶† Verba obſcura ī ſtipl'onibus prætorijs debent interpretari ſ'm mētē edicti p̄toris, ſed in ꝯuētionalibus ſ'm mentem ꝯhentium. h. d. ſ'm unum intell'm, ꝙ loquatur in ſtipl'one iam ꝯ̄cta in

2 qua ſit aliquod uerbum obſcurum. † Pone exemplum in ſtipl'one damni infecti, ſi promiſiſti emendare omne damnum, qđ contingeret ex ruina domus, nam dēt intelligi de illo, qđ contingeret vitio operis, vel ſoli, quia dictum prætoris de illis tm̄ mandat caueri, vt s. de dam. infec. l. fluminum. §. vitium. cum ſeq. nec dēt inſpici gn̄alitas verborum, quia dixiſti de omni damno, ſed ſi ſtipl'o eſſet cōuentionalis, recurreretur ad mētē partiū, quæ colligitur ex verbis, & multis alijs. ut no. in l. ſemper. de regu. iur. poteſt etiam poni caſus in ſtipulatione ꝯhenda, ſi aliqua dubitatio occurreret. Nā ſi eſt prætoria, recurritur ad edictum prætoris ſi cōuentionalis, dn̄t partes concordare, al's ſe inuicem impediunt, vt s̈. de vſufructu. l. quoties. ¶ In glo. ſuper uerbo (detrahere) ibi, (niſi ipſi prætori,) ſubaudi in his quæ ſibi committantur per edictum prætoris mortui, nam quędam ſpecialia, & expreſſa ſtatuuntur per edictum, & in illis etiam prætor nihil immutare pōt, quia non debet prætoris factum iuri publico derogare, ut l. j. §. j. s̈. de ferijs. Quædam enim committuntur prætori uiuenti, ut s̈. de damn. infecto l. ſi finita. in princip. & in illis poteſt prætor viuens ſtatuere, ꝙ facit hoc authoritatē dicti prætoris mortui, & tunc erit prætoria ſtipl'o ac ſi illud qđ prætor uiuens ſtatuit, fuiſſet expreſſe ſtatutum in edicto prætoris mortui. ut C. de uete. iure enucle. l. j. §. omnia. n. & l. unum ex fami. §. j. de leg. ij. ¶ In glo. ibi, {uel non licèt} dicas in ꝯ̄rio, ꝙ in ſtipulationibus prætorijs non licèt addere, vel minuere, vt hic niſi de conſenſu utriuſque partis, vt in contraria glo. Et ſi quæras, an tunc erit prætoria, vel conuentionalis, diſtingue, an addat, vel minuat circa qualitatem, quæ diuerſificat ſubſtantiam, & erit conuentionalis, argu. de iuſtitia, & iure. l. ius ciuile. & ſupra eod. l. j. §. ſi quis ſimpliciter. an circa quantitatem, & tunc remanebit prætoria, quia quæ differunt ſecundum plus & minus, nōn differunt in ſubſtantia, vt patet in ead. l. §. ſi ſtipulanti.

**§. Si quis vacuam.** In obligatione rē tradi nō ſolū uenit nuda traditio, ſed ēt intereſſe ſi non tradatur, vel male tradatur, hoc dicit ſ'm unā lect. & etiam dn̄ij tranſlatio ſi præceſſit contractus, de cuius natura illa ueniat. h. d. ſecundum aliam lectu. vide quæ no. Bart. j. eo. l. ſi filius. §. fina. pro declaratione iſtius §. cum gl.

LEX LII.

1 *Vtile eſt in ſtipulationibus, & contractibus ſpecificare quæ partes uoluerunt fieri, & propter illa quæ ſpecificari non poſſunt apponatur clauſula generalis, quæ ad ſpecificata non refertur.*

2 *Conſilium pro notarijs, ut non debeant reprehendi de multiplicatione uerborum.*

3 *Scriptores ſi promittunt ſcribere librum quod de proprio atramento, & cum calamis ſuis teneantur ſcribere, & etiam de die, non autem de nocte per ſubſtitutum.*

1 **STipulationes.** † Vtile eſt in ſtipulationibus, & contractibus ſpecificare q̄ partes uoluerunt fieri, & propter illa quæ ſpecificari nō poſſunt apponatur clauſula generalis, quæ ad ſpecificata non refertur. h. d. & ad hoc ultimum iſta l. ſemper alleg. & l. doli clauſula. j. eod. & de vulga. & pupill. l. cohæredi. §. qui patrem & de pœn. l. Sanctio legum. & de ali. & ciba. leg. l. alimenta. §. Baſilicæ. & l. Stichus nutricis. iſtas. le. alleg. Bal. & dicebat, quòd iſta allegabat Do-

2 ctor ſuus Io. Palarienſis de Senis qui fuit magnus textualis. † Not. bonum conſilium Iuriſconſulti, quod facit pro notarijs, ut non poſſint reprehendi de multiplicatione uerborum, ut ſi multas

3 clauſulas apponant, quia melius eſt abundare, q̄ deficere. ¶† No. etiam exemplum poſitum per gloſſ. ex qua patet ad quid teneantur ſcriptores cum promittunt librum ſcribere, quia de proprio atramento; & cum calamis ſuis. & quod non debent ſcribere de nocte, quia melius ſcribitur de die, nec debent ponere ſubſtitutum ſecundum Angel.

LEX LIII.

1 *Stipulatio ſpecierum diuiditur per quotas. Sed ſtipulatia generum diuiditur in numeros, ut idem in ſtipulatione operarum.*

2 *Qui ad factum tenetur, poteſt de uoluntate creditoris alteri delegare ut ille faciat illud factum.*

*Quid in illo qui tenetur ad dandum.*

1 **IN ſtipulationibus.** † Stipulatio ſpecierum diuidit̄ per quotas. Stipulatio gn̄um diuiditur in numeros, & idem in ſtipl'one operarum. h. d. ¶ In text. ibi, (partes corporum,) ſ. diuiduorum, quæ ſunt in corporibus, non. n. ſi debes Stichum quilibet ex hr̄dib. ſtipulatoris dēt petere partem corporis Stichi, quia ſic diuiſio corrumperet ſubiectum, nec pn̄t partes peti quouſq; cohærent toti. ut l. in cōmodato. §. duabus. s̈. cōmo: cū ibi no. & dixi. s̈. eo. l. ſcire debemus. ¶ In fi. l. ibi, {ſi eſtimationē.} Iſte tex. principal'r alleg. ꝙ in obligationib. facti non poteſt debitor præciſe cōpelli ad factū ſi habet facultatem ſoluendi eſtimationē, licèt dixerim ꝯ̄riū. qđ dic, ut in l. ſtipl'ones non diuidunt.

2 in qōnibus. per Bar. ¶ In fi. l. ibi. (cōiter operæ dantur.) † No. ꝙ ille, qui tenetur ad factū, pōt de uolūtate creditoris delegare alteri, vt faciat illud factū. ut in l. ſi non ſortē. §. libertus. in fi. de cōdi. indeb. Quid in illo qui tenetur ad dandum? dic vt in l. ij. in prin. ſol. matri.

LEX LIIII.

**Cum quis.** Facultas ſoluendi adiecta non tranſit ad hæredes eius. h. d.

LEX LV.

**DVm qui ita.** ¶ Stipl'o certæ ſummæ licèt ꝯcipiat̄ in pſona duorū, nō intell'r niſi de ſumma. h. d. ¶ Quæro à quo differt à l. ſtipl'o iſta. §. cū qui. s̈. eo. Rn̄deo in duob. ſ. in terminis, & in iure, q̄a unica tm̄ ſumma fuit ſpecificata, ibi duæ, puta mihi x. & Titio x. & tm̄ q̄tū ad illud de quo hic, idē eſt ibi, qđ hic, vt intelligat̄ de eadē ſumma, nō de diuerſa. Itē ī iure, q̄a ibi in pſona cuiuslibet fuit tota ſumma ꝯcepta, hic cōiter ī pſonis amborū, ex quo ſeq̄t̄, ꝙ hic videor ſtipulatus mihi quinq;, & Titio quinq;, & prima ſtipl'o valet, ſcđa nō, ſi mea nō intereſt, ut in §. alteri. nec mihi accreſcunt illa quinq;, vt j. eo. l. ſi mihi, & Titio. q̄a in ꝯ̄ctibus nō hēt locū ius accreſcēdi. Sed in §. cū q. videor ſtipulatus vtranq; ſummā inſolidū vtrique noſtrorū, iō valet ſtipl'o in decem quo ad perſonam meam, & in perſona Titij non ualet in aliquo, nec habebat per ius accreſcēdi, ſed per ius non accreſcēdi, quod habet locum in ꝯ̄ctibus, vt no. in l. proprium. ſupra communia prædiorum.

1 *Non poteſt quis facere in obligatione paſſiua, qua ſe obligat, ut non tranſeat ad quemlibet ex hæredibus eius pro hæreditaria portione, etiam ſi unum tantum nominauerit, ideo talis ſuperflua eſt.*

2 *An per contractum poterit quis unum ex hæredibus ſuis obligare inſolidum, & non alios, ita ꝙ in eum ſolum deſcendat obligatio paſſiua.*

3 *Quid in obligatione actiua.*

*An vni ſoli poterit acquirere exceptionem.*

1 **§. Te & Titum.** ¶† Non pōt quis facere in obl'one paſſiua, qua ſe obligat, ut non tranſeat ad quēlibet ex hr̄dibus eius pro hæreditaria portione, ēt ſi unum tm̄ noīauerit, iō talis ſuꝑflua eſt. h. d. Et iſta materia eſt aliquantulū difficilis, quā plenè examinat Bart. in l. Continuus. §. fin. j. eo. ¶ In tex. ibi. {pro ſuperuacua.} ꝑ hunc tex. Bart. in l. ſtipl'o iſta §. ſi quis ita reprehendit Pet. q̄ tenuit, ꝙ in his quæ trāſmittunt̄ ad hr̄des mētio de hr̄dib. nō eſt ſuꝑuacua, imò utilis, q̄a facit vt in pſona hæredū incipiat noua obl'o actiua, uel paſſiua, q̄ non fuerat. in pſona defuncti, vt dixi ea. l. §. ſuę pſone. qđ eſt ꝯ̄ illū tex. quia hic loq̄t̄ in his quæ tranſmittunt̄ ad hr̄des de ſui nā, & tm̄ dicit, ꝙ eſt ſuperuacua, nō ergo eſt uerū, ꝙ in pſonis hæredū incipiat noua obl'o, ſed ſolū illa q̄ erat penes defunctū in eos deſcendit, ſecus in nō tranſmiſſibilibus, vt d. §. ſi q̄s ita. per hoc ēt vr̄, ꝙ illud qđ quotidie faciūt notarij, cū dn̄t ꝙ talis ꝑ ſe, & ſuos hæredes ꝓmiſit tali recipienti ꝓ ſe, & ſuis hæredibus, nō ſit neceſſariū, ꝙ fiat mentio de hr̄dibus, vt hic, & in l. ſi neceſſarias. §. de vendendo. de pig. act. & de prob. l. ſi pactū. cōmendo tm̄ p̄dicta per l. ſtipl'one cōmodiſſimū. s̈. eo. ¶ In tex. ibi. {ſiue. n.} probat, ꝙ ſit ſuperuacua, q̄a iſta q̄ ſequunt̄, locū hn̄t ēt ſi de Titio hærede non fuiſſet expreſſe facta mentio. ¶ In tex. ibi. {& quamuis.} Rn̄det tacitæ obiectioni, quæ poſſet fieri ꝯ̄ id, qđ immediatè procedit {quo cæteri cohæredes eius & c.} Nā hæredes non vn̄r teneri cū effectu, imò ꝙ eis cōpetat exceptio taciti pacti, qđ reſultat ex mētione facta de Titio, nā per hoc videris voluiſſe, ꝙ ab alijs hæredib. non petat̄, argu. s̈. de iudi. l. cū prætor. in prin. & ꝯſtat, ꝙ pōt quis prouidere vni uel quibuſdā ex hæredibus ſuis, paciſcendo, ꝙ ab eis non petat̄, & acquiritur illis exceptio, non alijs, vt s̈. de pact. l. auus. & ſic vr̄, ꝙ uel iſte Titius inſolidū teneatur, uel ſi non tenetur niſi pro parte hæreditaria ab ipſo ſolo poterit peti, & non ab alijs, obſtante pacti exceptione. Iuriſconſultus rn̄det, ꝙ licèt prima facie videatur actū, ꝙ ab alijs non petatur, hoc tm̄ pactum alijs non prodeſt, ſed tunc obſt. illa l. auus. glo. rn̄det duobus modis. iunge ambas rn̄ſiones, & dic, ꝙ ibi loquitur in pacto de non petendo ab aliquo ex hæredibus quod principaliter tēdit ad liberationem illius, iō ſibi ꝓdeſt, & parit exceptionem, hic loquitur in ꝯuentione quæ principal'iter tendebat ad obligandū iſtum ſolum Titium, & licèt prima facie

cie videtur ex hoc reſultare tacitum pactum,ꝙ ab alijs non peta
tur ex eo, quia qui vult vnum obligare cenſetur velle alios non
obligare.Re tñ uera non reſultat tale pactum, cum illa cõuentio
principaliter ad hoc non fuerit facta,ſed potius ad obligandũ. Vñ
ſi non potuerit operari in hoc ꝙ illum ſolum obliget, nec ẽt ope-
ratur in tacito qđ ex eo reſultat.ar.l.ſi in diem.§.fi.de condi.& de-
mon.& ꝑ regulã,ꝗ ſi non ualet expreſſum, nõ valet tacitum, vt
l.iij.§.qui hẽt hauſtum.de ſerui.ruſti.prædio. vt ſi non valet quod
in prin.agitur,nec ẽt id qđ in ꝯñam,vt quia licèt expreſſerit Titiũ,
nõ tñ poſuit dictionẽ taxatiuã, & ſic nõ cenſetur alios excluſiſſe,
quia non intelligitur,vt l.cum furti.de in litẽ iurau.nec obſt. l.cum
prætor.ꝗ illud in his quæ ſui natura non reſpiciebant plures, niſi
quatenus exprimebantur. Vnde ſi exprimitur unus, alij cẽſentur
excluſi.hoc in obligatione contracta per defunctum, quæ cõcer
nit de ſui natura omnes hæredes, ẽt ſi de eis non fuerit facta men
tio,ideo mentio facta de uno non excludit alios, ſed ſi fuiſſet ap-
poſita dictio taxatiua,bene reſultaret tale pactum,& hr̃et locum
ꝯtrium,ꝑꝑ naturam dictionis taxatiuæ, quæ eſt in excludendo.vt
no.in l.omnes.C.de proba. niſi appareat expreſſe, ꝙ illam oppo-
ſuerit ſolum quo ad effectũ obligationis,quia noluerit in illũ ſolũ
obligationem deſcendere,& non in alios,quia cũ hoc facere non
potuerit,ar.in l.nemo poteſt.de leg.j.& ĩ.ea.l.§.qui ita.nec ẽt taci-
tum pactum de non petendo reſultat per rõnes primo tactas. &
hoc vr̃ de mente Bar.in l.continuus.§.fi. ĩ.ea.l.de quo §. gl.quæ in
2 cipit,(immo)in fi.opponit.†Tu diſtingue tres caſus. Nã aut quæri
mus utrum per ꝯctum poterit quis vnũ ex hæredibus ſuis obli-
gare inſolidum,& non alios, ita ꝙ in illum ſolũ deſcendat obliga-
tio paſſiua,& dicendum eſt,ꝙ non indiſtinctè,ut hic,ne fiat præ-
iudicium creditori, qui ex diſpõne iuris hẽt oẽs hæredes obliga-
tos. Aut quærimus an per ꝯctũ poterit quis prouidere vni ex hæ
redibus ſuis,ut in illum ſolum deſcendat ſua oblo actiua,& diſtin
gue ut in illo §.aut obligatio cõſiſtit in dando,aut in faciendo.Nã
5 in hoc debitor,non grauatur,& ſic non eſt eadẽ rõ quæ ſ. † Aut
quæritur vtrum per ꝯctũ poterit prouideri vni ex hæredibus ſuis
exceptionẽ ei ſoli acquirendo per pactũ de non petendo, & dicẽ
dum eſt,ꝙ ſic indiſtinctè.l.auus.ſ.de pact. dũmodo fiat principali
ter & expreſſe ad hunc finẽ,aliàs ſecus,ut in fi.huius §. Rõ diuerſi
tatis eſt inter iſtum caſum , & præcedentẽ, quia oblo tam actiua,
q̃ paſſiua de ſui natura eſt perpetua,tam rõne temporis, q̃ tranſ-
miſſionis ad hæredem,& hanc nãm à lege datam priuati nõ pñt
immutare,ſed exceptio pacti de ſui natura non eſt tranſmiſſibilis
ad hæredes,niſi quatenus actum eſt,quia potuit fieri pactum per
ſonale,ne a te ſolo petatur,& non datur hæredi actio,vt l.Iuriſgẽ-
tium.§.pactorum.ſ.de pac.& eadem ratione poteſt fieri ne peta-
tur ab vno ex hæredibus,& illi ſoli acquiritur exceptio.

---

1 *Filio adiecto ad ſolutionẽ põt ſolui,etiã ſi poſt contractũ,& ante ſolutio-
nẽ emancipetur:ſecus ſi fuerit appoſitum ad acquirendum ipſi patri.*
2 *Si ſtipulor mihi aut alteri diſiunctiuè, perſona illius cenſetur appoſita ad
ſolutionem recipiendam,& mihi ſoli acquiritur actio, ſibi verò poteſt
fieri ſolutio etiam me inuito.*
*Quid ſi ſtipulor mihi, & alteri copulatiuè.*

1 **§.Qui ſibi aut filio.** ¶†Filio adiecto ad ſolonẽ
põt ſolui,ẽt ſi poſt ꝯctum,
& ante ſolonẽ emancipetur,ſecus ſi fuerit appoſitum ad acquirẽ
dum ipſi patri.h.d.in effectu.¶In tex.ibi.(Nec ad rem ꝑtinet.)Rñ
det oppoſitioni quæ poſſet fieri ꝯ determinationẽ præcedentem,
quia ſi ſtipulor dari filio meo non apponendo ꝑſonã, non põt ei
ſolui,ut in fin.huius §.ergo multo minus ſi appono perſonã meã
ſtipulando mihi,aut filio.Iuriſconſultus rñdet ꝯtrium.Nam qñ ap
pono perſonam meam,uolo acquirere mihi obligationẽ per me
metipſum, nõ mediante ꝑſona filij,iõ tunc adijciendo ꝑſonã filij
vr̃ ipſum adieciſſe ad ſolonẽ recipiẽdã duntaxat, ergo poterit ſibi
ſolui,licet fuerit emancipatus,quia non mutauit ꝯdõnem in dete
rius,ita loquitur l.cũ quis.in prin. ĩ.de ſolu. de qua gl.opponit, ſed
qñ non appoſui ꝑſonam meam , non videor uoluiſſe acquirere
obligationẽ mediante perſona filij,vt primo loco acquiratur ſibi
eodem inſtanti mihi,ut ſ.eo.l.dñs ſeruo. Vñ perſona filij vr̃ appo-
ſita ante obligationẽ acquirendam mihi,non autem ad ſolonem
recipiendam, ergo non põt ſibi ſolui quantũcunq; ſit coniuncta
perſona,vt l.j.in fi.cum l.ſeq.vt leg.no.ca.& no. in l.non ſolũ.ſ.ſol.
ma.ꝗ iſta obligatio non prouenit ex ꝯctu ipſius filij,ſed ex meo,
ſecus ſi ex ſuo,vt in l.quod ſeruus. ĩ.de ſol.& l.ſi unus,poſt princ.
2 ſ.de pac.& hæc eſt intentio literæ.† Ex qua no.ꝙ ſi ſtipulor mihi,
aut alteri diſiunctiuè, perſona illius cẽſetur appoſita ad ſolonem
recipiendã,& mihi ſoli acquiritur actio, ſibi uerò põt fieri ſolo ẽt
me inuito, quia hanc facultatem habet debitor ex forma ꝯctus,
quã ego immutare non poſſum,ut l.aliud. ĩ.de ſol. & l.fi.niſi mu-
tet ꝯdõnem ſuam in deterius,vt d.l.cum quis. quia vr̃ actũ vt ſibi
poſſit ſoluere ipſo remanente in eodem ſtatu; non aliter niſi mu-
tet in melius,vt hic.Si autem ſtipulor mihi, aut alteri copulatiuè,
non vr̃ ille adiectus ad ſolutionem, ſed ad obligationem, & mihi
acquiritur obligatio pro parte,illi uerò in nihilum,vt ĩ. e.l.ſi mihi

& Titio.& primum dictum locum hẽt non ſolum in alternatiu
aut, ſed in qualibet alia, puta vel, aut ſeu, vt ĩ. de ſtipu. ſeru.l.j.§.
fructuarius.& ibi Bar.Item hẽt locũ ſiue præponam ꝑſonã meã
vt mihi aut Titio,ſiue ſuam,vt Titio. aut mihi,qñ illi nõ poteram
acquirere actionẽ,ut ĩ.eo.l.j. Sed ſi acquirere poterã, ut in dote
quia ille qui eã dat pro muliere,põt illi mulieri ſtipulari,& acqui-
re ſibi actionẽ fauore dotis,ut in l.Caius.ſol.mat.& tunc aut no.
habebã mulierem in ptãte mea, & tunc diſtingue, aut quærimu
quantũ ad directã actionẽ,& idẽ ꝑ oĩa,ut ſ.ꝙ perſona mea vide
tur appoſita ad obligationẽ,& ꝑſona illius ad ſolonem. Aut quæ
rimus q̃tũ ad utilẽ actionẽ,quã illi poſſum acquirere,& tunc dicẽ
dũ eſt è conuerſo,ꝙ ſiue præcedat perſona mea,ſiue ſequatr per
ſona illius,cenſetur appoſita ad obligationem ſibi acquirendã, &
ꝑſona mea ad ſolonẽ,vt eſt caſus ſingularis in d.l.Caius.circa fin.
Sed ſi habebã illã mulierẽ in ptãte,vt filiã pro qua dedi dotem,&
ſtipulatus fui reddi eã mihi aut illi, vel ècõuerſo,tunc videor ſtipu
latus ſm ordinẽ cõionis quã habui ſecũ in actione de dote, & ſic
mihi ꝑ prius,ſi tꝑe ſoluti mr̃imonij ſit in ptãte mea, quia tũc ego
ſolus habeo exercitiũ licèt actio ſit cõis. Si uerò tũc nõ ſit ĩ ptãte
mea,& ſic actio ſit in ea conſolidata,tunc ꝑſona illius cenſetur ap
poſita ad obligationẽ ſibi acquirendam, & ẽt ad ſolonem facien
dam.Ita ſinglr determinat Bar.in l.vxorem. §. teſtũ de leg.iij.ubi
oĩno vide per eũ.Aliæ gl.ſunt diſpoſitiuæ,ideo videatis per uos.

---

1 *Tẽpus appoſitũ cauſa finiendæ obligationis,vel aliud ius ſui natura per-
petuum non facit ipſum vel ipſam finiri ipſo iure, ſed ope exceptionis.*
2 *Si ſtipulor à te decem quouſque viuam,an videar ſtipulari quolibet anno
dari decem, an ſemel tantum.*
3 *Si promittis mihi decẽ vſq; ad tres calendas, vel vſq; ad finẽ iſtius anni
an non tenearis vſque ad illas calendas,vel finem anni, & poſtea n*

1 **§.Qui ita ſtipulatur.** †Tempus appoſitum cã
finiẽdæ obligationis, uel
aliud ius ſui nã ꝑpetuũ,non facit ipſum vel ipſam finiri ipſo iure,
ſed ope exceptionis, qđ trib. ꝓbat exemplis.h.d. & eſt ſubtile ſm
Bar.¶In tex.ibi,(quo ad uiuã dare ſpõdes,) hoc põt ĩtelligi du ob.
modis.ſ.ꝙ det decẽ quolibet anno,uel quolibet mẽſe, & ita intel-
ligit glo.iſta,uel ꝙ det decẽ ſemel tm̃, & ad illa danda ſit obligatus
quouſq; uiuat,non poſt mortem,& utroq; caſu durat oblo me
ro iure poſt mortem,ſed hæredi meo obſtat exceptio, ut ſequir̃,
ꝗ non potuimus mutare nãm oblonis, q̃ eſt ut ſit ꝑpetua, ut l.
2 obligationũ ferè.§.placet.ſ.titu.j.† Sed qđ ſi in dubio ſtipulor a te
decem quouſq; uiuam,an uidear ſtipulari quolibet anno dare de
cem?an ſemel tm̃,ut illa poſſim petere quouſq; viuam, & hæres
a meus non?dic,ꝙ legatũ ſic factũ p̃ſumeretur annuũ. [a] l.legatũ.de
annu.leg.ſed ſtiplo,uel ꝯctus qui non ſunt ita fauorabiles, nõ ſic,
ſed decem tm̃ intelliguntur ſemel ſoluenda ſm Pet.ut ibi no.Bar.
in d.l.legatũ,qđ eſt not.hic tenet idẽ, ſed dicit ſe dubitare,& ꝙ illa
decẽ ueniunt ſoluenda paulatim quolibet anno quouſq uixero
arbitrio iudicis diuidendo,de quo Ang.truffatur,& meritò,quia
cũ ſit incertum tp̃s uitæ meæ nõ poſſet ꝯgruè fieri diuiſio de illis
decẽ,& deduceretur ad nihilũ oblo ꝑꝑ tã minutas p̃ſtationes:di-
cẽdũ eſt ergo ꝙ ſtatim poſſum petere illa decem,ut hic in uerſic.
(cõfeſtim)intelligẽdo iſtũ text.in hoc qđ dicit gl.j.intellige qñ fuit
actum expreſſe ꝙ dares quolibet anno,uel menſe, alś decem tm̃
3 eſſent ſoluenda.¶†In tex.ibi,(quemadmodũ,)hic ur̃ caſus mirabi
lis,ꝙ ſi promittis mihi decẽ uſq; in tres calendas,uel uſq in finem
iſtius anni,ꝙ iſtud tp̃s cenſeatur appoſitũ cã oblonis finiendæ,ut
ſit ſenſus, ꝙ non tenearis niſi uſq; ad illas calendas , uel finẽ anni,
& poſtea non ſic poſſem agere qñcunq; ante calendas,uel finem
anni,& poſtea non obſtat exceptio.Sed ꝯ, immo econuerſo nõ
poſſum ante agere,ſed poſtea ſic,ꝗ tp̃s ur̃ appoſitũ cã differẽdæ
ſolonis,ut ſ.eo.l.qui hoc anno.& l.qui ante calẽdas.& l.eũ q calẽ-
dis.in fi.ſed ibi fuerunt appoſita alia uerba,hic dictio, uſq , uel di-
ctio,quo ad, q̃ uĩr alterius eſſe naturæ , qđ eſt ſingulare. Vel dic,
ut ur̃ ſentire Bar.ꝙ iſte tex.dẽt intelligi qñ cõſtabat de intentione
partiũ,ꝙ ad illũ finẽ uoluerũt apponere tp̃s,ut finiretur oblo,alś
in dubio cenſeẽ uoluiſſe apponere ſolũ,ut differatur ſolo,& hr̃et
locũ ꝯtriũ,niſi apponeret ſuꝑ eo qđ hẽt actũ ſucceſſiuũ, ut ſuper
oblone annua , ut ſi ꝓmitteres decẽ annua uſq ad decẽ annos,
uel faceres mihi pactũ de nõ petendo uſq; ad decem annos. Iſtis
caſib. illud tẽpus cenſetur cã finiendæ oblonis in primo caſu ,uel
exceptionis in ſcđo,& hoc magis placet, & adde qñ tẽpus appo-
nitur cã finiendæ oblonis,interrũpit̃ ꝑ ſolã interpellationẽ extra-
iudicialẽ,qñ apponitur à ꝯhentib.ut eſt caſus ſinglis cum gl.in l.ſi
mãdato Titij.§.ille.ſ.mand.ſecus qñ ſtatuitur à l.ut in l. alienam.de
uſuca.pro emp.& hoc diligenter no. Vnde ſi uis mihi teneri uſq;
ad decem annos,& non ultra,ſi te interpello, quòd ſoluas, & nõ
ſoluis teneris etiam ultra.quod tene menti,ne ſit in tua poteſtate
facere

---

ADDITIO.

a ¶Annuum.Vide Lud.Roma.ſingul.ſuis.fol.xj.ubi aliqua ponit.

facere ius meũ finiri.¶In tex.ibi,(ſed exceptione pact.)& ſic vr̃ ꝙ debitor neceſſe habeat opponere exceptionẽ, aliàs cõdẽnabitur, licèt iudici non cõſtet ex forma inſtri,ꝙ oblo eſt finita, qa noluit teneri niſi vſque ad Calendas, vel quouſque viueret, & Calendæ ſunt tranſactæ,vel ſtipulator mortuus eſt Bar. tñ hic tenet ꝯ̃rium hoc caſu,qñ ex forma īſtri,vel ꝯ̃ctus apparet de exceptione, & ſic cõſtat iudici,vt iudici. Vñ põt ſupplere de facto, & id qđ ſ. dixi ꝓcederet,qñ nõ ex forma inſtri,vel ꝯ̃ctus ꝓducti, qa ſtiplo fuit pura,& poſtea fuiſſet factũ pactũ, ꝙ poſt tale tp̃s nõ teneretur, nam tunc eſſet opponenda exceptio ꝑ partẽ,nec ſufficeret,ꝙ iudex haberet de hoc notitiã,q̃ non dẽt ſuppleri, de facto in his q̃ non ſunt nota,ut iudici,& ita intellr gl.q̃ eſt in l.ſi vnus.§.pactus.q̃ incipit opponendo.ſ.de pac.& dicit Bar. nũc intelligis pacta incontinenti appoſita ineſſe ꝯ̃ctui,tu qui nunq̃ intellexiſti.hæc ſunt verba ſua,quę ſemꝑ alleg.& iſta ꝓcedunt in exceptione ꝑpetua. Sed qd in tꝑali, puta eris mihi obligatus ad diẽ certũ,& ſic añ diẽ non poſſum agere,ſed poſtea ſic,vt l.q hoc anno.Egi ante diem, ſed nõ oppoſuiſti exceptionẽ,qd dẽt facere iudex, hic eſt caſus in quo añ diẽ nõ ſit nata actio,qđ qñ ſit,dic vt no.Bar. j.in l.ita ſtipulatꝰ.ꝙ dẽt te abſoluere,qa male,& nulliter egi ante diẽ,ſed poſtea adueniente die iterũ agere potero,& nõ obſtabit exceptio rei iudi.qa ago ex noua ſuꝑueniẽte cã,vt no.in l.boue.§.ſi ſub ꝯdõne.ſ.de ędil.edi.Si verò erat caſus in quo erat nata,tunc licèt ſi exceptionẽ oppoſuiſſes,debuiſſet te abſoluere,qa malè egi ante diẽ,& me ꝯdẽnare in expenſis,vt Inſti.de act.§.plus.& l.j.in fi.qñ dies uſusfr.leg.ced.ex quo tñ non oppoſuiſti,nec te abſoluet,nec te ſimplr ꝯdẽnabit,ſed ꝯdẽnabit ad dandũ adueniẽte die,ꝑ l.qđ ſi in diem.in prin. de peti.hæred. & per id qđ no.Bar.in l.exceptionem.C.de prob.& hic etiam ſentit licèt confusè loquatur, & in hoc Iudex ſupplebit, qa ſibi conſtat,vt iudici,ꝙ ante diem fuit malè actum,& quòd poſt diem erit omnino dicendum,ideo ſeruat mediam viam.Tene menti.

**§.Qui ita ſtipulatur ante.** Declara iſtum tex.vt dixi in l.q ante Calendas.ſ.eo.& tene ſm intellm glo.in ver.(Vel dic ſm Io.) ꝙ iſtę ſtiplones non differunt etiã quantum ad diem Calendarũ, quia neutro caſu poſſum agere niſi illo die finito, quia iſta verba (ante Calendas.)intelliguntur.ſ.finitas,vt patet.infra eo.l.ſtiplones non diuiduntur. §. ſi quis ita. & hoc quantum ad ſtipulatorem, ſi quæritur an agere poterit,ſed quantum ad promiſſorem ſi ſponte vult ante ſoluere bene differunt iſtę ſtipulationes,quia ſi promiſiſti ante Calendas potes indiſtincte,vt ſ.e.l. ſtipulatio iſta. §. inter. ſed ſi promiſiſti Calendis, diſtinguitur, an in illa dies fuit appoſita fauore creditoris,an debitoris, vt ibi dixi. hic non ſunt alia.

**§.Qui proprietatẽ.** Qui hẽt rem nõ plenè põt ſtipulari,ꝙ ſibi deeſt. h.dicit. Certè vr̃ ꝙ ꝑꝑ id,qđ deeſt poterit ẽt ſtipulari rem, ſicut põt ſibi legari,& vr̃ legatũ qđ ſibi deeſt,vt l.nõ quocũq; §. ſi ex bonis.l.& ſi tibi.in prin.de leg.j.& ita vr̃ ſtipulatus quod deeſt,ecce ergo §.

1 *Secunda ſtipulatio continens minus quàm prima ẽt cum interuẽtu nouæ perſonæ nõ nouat primã,ſi non fuit expreſsè actũ: & ſi plures ſunt obligati ad diẽ ex diuerſis cauſis lucratiuis, uno ſoluente alter liberatur.*
2 *Stipulatio ſecunda cõtinens idẽ quod prima, an nouet primam.& nu.4.*
3 *Si promiſiſti mihi fundũ ſimpliciter pleno iure proprietatis & vſusfruct. & poſtea tradas fundum detracto uſufructu, an libereris in aliquo.*
4 *Duæ cauſæ lucratiuæ non debent in eadem re concurrere.*

ſi fui ſtipulatus x.aut v.& tu ꝓmittis x.vr̃ ꝙ valeat ſolū in v. quaſi
nõ ꝓceſſerit interrogatio niſi de v.p ſupradicta.Item hęc vera qñ
electio erat rei.Quid aūt ſi ſtipulatoris.an ſumma maior cū ſit in
obligationẽ,quaſi veriſimile ſit ꝙ illã tñ elegerit? vr̃ ꝙ ſic, vt ꝯtrio
rum ſit eadẽ diſciplina,ſed ꝯtriū eſt.Nam imò tūc vtraq; eſt in ob-
ligatione p l.planè.la prima.de leg.j.§.pen.qa non fit interpretatio
pro actore ſicut pro reo,& ita not.Doct.in locis preallegatis.

2 *Non inſpicitur quod euenire poteſt,quando præſens ſtatus rei ad illud nõ*
*tendit,ſecus ſi ad illud tenderet.*
3 *Illud qđ ĩpedit obligationẽ iã contractã,fortius impedit eã contrahendã.*
4 *Obligatio ſemel extincta propter aliquam cauſam non reconualeſcit,licèt*
*ceſſet cauſa annullationis.*
*Regula,ceſſante cauſa ceſſat effectus,non habet locum in cauſa inductiua*
*annullationis.*
5 *Non ſemper eſt eadem ratio contrariorum.*
6 *Si nauis reſoluitur ea intẽtione,ꝙ reficiatur ex eadẽ materia, ꝑinde eſt,*
*acſi nõ eſſet reſoluta:ſi poſtea reficiatur,nec eius obligatio extinguitur.*
*Quid in re quæ poſtea efficiatur ſacra.*
7 *Quid in domo deſtructa ſi reficiatur.& nu.1.*
8 *Caſus in quo id,quod factum eſt in tempore probibito non valet, licèt con*
*feratur in tempus permiſſum.*

1 §.Sacram rem. †Stipulatio de re quę non eſt in cõ-
mercio noſtro,non valet, ẽt ſi ꝯfera
tur in tp̃s quo erit in cõmercio,& ſi poſt ſtiplonem deſinit eſſe in
commercio,ſtiplo euaneſcit,ſi ſine culpa promiſſoris, nec reuiui
ſcit in primo vel ſecūdo caſu,licèt poſtea incipiat eſſe in commer-
cio,hoc primo.Item res mobilis ꝯſiſtens ex mã & forma, vt na-
uis,ſi reſoluat̃ ea intentione,vt ex eadem mã reficiat̃, poſt q̃ fuerit
refecta reputatur eadem nauis eſſe:& ideo ſtiplo re ipſa interpoſi
ta interim non fuit extincta,ſed reuiuiſcit eius effectus, & poſt q̃
fuerit refecta reaſſumit vires,ſecus ſi fuit reſoluta non ea intentio
ne vt ex eadem mã reficiat̃,cū penitus reputatur diuerſa,& ideo
ſtiplo,re ipſa interpoſita p reſolutionem fuit extincta; nec reuiui-
ſcit, hoc ſecundo,non ſic in domo deſtructa vſq ad fundamẽta,
nam ẽt ſi ea intentione vt ex eadem mã reficiat̃, reputat̃ tñ diuer-
ſa, & erit idẽ qđ in proximo p̃cedenti caſu,non ſic ſi non fuit in to
tum deſtructa,ſed ligna,uel tigna duntaxat remota, & poſtea de-
poſita,quia reputatur eadẽ.Itẽ ſi ſtipulor certã quantitatẽ perci-
piendã ex certo fundo,dr̃ ſtiplo hr̃e tp̃s,non aūt ꝯdõnem; & iõ ſi
cèt ibi fructus non naſcantur in primo,vel ſecundo anno,vel na-
ſcant̃,& pereant ſine culpa promiſſoris,nõ extinguitur obligatio,
ſed expectatur quouſque naſcant̃,& durẽt,adeo ꝙ poterunt ſol
ui.h.d.totus iſte §.in effectu,& eſt difficilis in tex: pp eius longitu-
dinẽ,quem diuide in ſex partes:nam primo ponit tria dicta de re
q̃ non eſt in commercio, vel eſſe deſijt poſt ſtiplonem, vſque ibi,
(qñ qdem.)Secundo in illo ver.ſm primum intellm gl. ponit ra-
tionem dubitandi circa tertium dictum,qđ eſt in ver. (nec reuo-
catur.)p quam videbat̃ dicendum eſſe ꝯtrium,ſed ea non obſtan-
te locum habet tertium dictum,ſm alium intellm gl. ponit̃ ratio
decidendi ipſius tertij dicti,& hoc vſque ibi(nam & ſi nauem.) In
ſecunda in qua Iuriſconſultus ꝯ illud tertium dictum opponit
de duobus exemplis.ſ.de naui promiſſa & poſtea reſoluta,deinde
refecta,quia reuiuiſcit obligatio,q̃ durãte reſolutione ceſſauerat,
& in tertio dicto dr̃ ꝯtrium.Itẽ de alio exẽplo,vt fui ſtipulatus cer-
tã quantitatẽ vini ex tali fundo,qa ſi naſcat̃ ibi vinū, & ſic obliga-
tio incæpit ſortiri effectū,deinde ſit conſumptum ſine culpa pro
miſſoris,deſinit habere effectū,qa niſi ex illo fundo dare tenet̃, &
dare nõ põt abſq; ſui culpa,vñ nõ põt ꝯueniri, ſi poſtea iterum na
ſcatur obligatio reſumit vires,& hoc vſq; ibi;(ſed hæc diſſimilia.)
In quarta,in qua Iuriſcõſultus rñdet ꝙ iſti ſunt caſus diſſimiles pri
mo caſui,qñ in ſtiplone fuit deducta res q̃ non erat in cõmercio,
vel q̃ poſtea deſijt eſſe,& primo declarat diuerſitatẽ inter iſtū ca-
ſum & illū vini.vſq; ibi.(& nauis.)poſtea declarat diuerſitatẽ inter
iſtū,& illū de naui vſque ibi.(ſicuti.) Quinto ponit vnū caſum in
quo videbat̃ dicendū idẽ qđ in naui, vt diſtinguat̃ qua mẽte fuit
facta reſolo,& tñ determinat ꝯtriū,ꝙ imò nõ diſtinguat̃ quo aĩo,
ſed an fuerit facta reſolo in parte,vel in totū,vſque ibi. (hic tracta-
tus.)Sexto & vltimo ponit vtilitatẽ huius inueſtigationis ad qđ ſit
2 vtile hoc ſcire,& an ſit eadẽ res,vel diuerſa.†No.primo,ex primo
dicto,ꝙ nõ inſpicit̃ qđ euenire põt,qñ pñs ſtatus rei ad aliud non
tẽdit,ſecus ſi ad illud tẽderet,ſic s.de dam. infec. l. q bona.§.cū in-
ter.de hoc brocardo vide hic p Bar.& uide Bart. hic ꝙ iſta ſtiplo
nõ eſſet nulla,ſed eſſet in pẽdenti quouſque efficiat̃ res ꝓphana,
uel liber efficiat̃ ſeruus,qđ remouet̃ dicẽs,ꝙ nõ debet illud ſpecta
3 ri.†Not.ſcđo in ver.(nã & cū.)ꝙ illud qđ reſoluit obligationẽ iã
ꝯtractam,fortius impedit eã ꝯhendã,de hoc brocardo tãgit̃ in l.pr̃e
4 furioſo.s.de his,q ſunt ſui vel alie.iur.& hoc p Bar.¶†Not.tertio in
ver.(nec reuocat̃.(ꝙ obligatio ſemel extincta pp aliquã cãm nõ
recõualeſcit,licèt ceſſet cã annullationis,regula ergo illa, ꝙ ceſſan
te cã ceſſet effectus,nõ habet locū in cã inductiua annullationis,
5 de quo brocardo tangitur in l.gñaliter.C. de epiſ. & cle. ¶† Not.
quarto in ver.(qñ qdẽ.)ſm primã lect.gl.ꝙ non ſemp eſt eadem
rõ ꝯtriorum,regulr ſecus,vt in l & ſi ꝯ.de vulg. & pup. & in l.fi.de
leg.iij.hoc eſt dicere p ꝯtrium,qa ſi vnū de ꝯtrijs inducit vnum effe
ctum,alterum ꝯtrium debet inducere ꝯtrium effectū, ſed hic non
inducit,qa qualitas iſta,ꝙ res ſit ſacra,vel publica;vel homo ſit li-
ber,inducit hūc effectū ꝙ faciat ſtiplonem non valere,inualidam
reſoluit,ceſſatio aūt huius qualitatis,q̃ eſt rectè ꝯtria;non inducit
ꝯtrium effectum,ꝙ faciat reuiuiſcere.Rõ patebit ex ſequentibus.
6 ¶†No.quinto in ver.(nã & ſi nauem.)iuncto ver.(& nauis.) ꝙ ſi
nauis reſoluitur ea intentione ꝙ reficiat̃ ex eadem mã, perinde ẽ
acſi non eſſet reſoluta,ſi poſtea reficiat̃,& ex hoc ſequit̃ ꝙ obliga
tio non extinguitur ſeu declarat̃ non fuiſſe extincta, poſt q̃ nauis
fingit̃ nõ fuiſſe extincta,ſed ceſſauit interim effectus, ſed ſi ea intẽ
tione vt non reficiat̃ ex eadẽ mã, tunc licèt poſtea fuerit refecta
reputat̃ diuerſa.& ſic obligatio eſſet extincta & non reuiuiſceret,
ſicut ſi homo liber efficeretur poſtea ſeruus. Sed quare in libero
hoĩe,& in re ſacra nõ diſtinguit̃,ſicut in naui, qua mente &c. Rñ-
deo,ꝙ nunq̃ ſeruus manumittit̃ ad hunc finẽ, vt poſtea reueniat
in ſeruitutẽ,nec res efficitur ſacra ad hūc finẽ vt poſtea efficiat̃ ꝓ-
phana,quia iſtud cẽt ciuile,& nõ nãle expectare, vt in ver. (& ca-
7 ſum.)non ſic in naui.¶†Itẽ quare in domo nõ diſtinguit̃, ſicut in
naui?Rñdeo,qa nauis eſt res mobilis,& res mobiles ſequunt̃ pſo
nã vt in l.j.de impo.lucr.deſcr.lib.x.Et ideo aĩus pſonæ multū o-
perat̃ in ea,& idem eſſet in qualibet re mobili ꝯſiſtente ex mã,&
forma,ſed domus coheret ſolo,& nõ ſequit̃ ꝯdõnem pſonę, vñ
nõ tñ operatur aĩus,ſi ergo fuit tota reſoluta vſque ad fundamen
ta,ẽt ſi ea intẽtione reficiẽdi ex eadẽ mã reputaret̃, poſt q̃ eſſet re-
fecta domus diuerſa,nõ rediret in obligationẽ,q̃ fuiſſet extincta,
& ſic cẽt idẽ qđ in hoĩe effecto libero,ſed ſi non tota,ſed ſolūmo-
do tigna deijciunt̃, tex.circa fi.in ver.(ſicuti.)vr̃ dicere ꝙ ſit diſtin-
guendū qua mẽte.Tu dic, ꝙ ſi poſtea fuerint repoſita tigna, ſiue
illa eadẽ,ſiue alia.Itẽ ſiue fuerit remota aĩo reficiendi, ſiue nõ,tñ
reputat̃ eadem domus,qa remanſerunt duæ partes principales.ſ.
fundū,& paries q̃ attrahunt ad ſe tertiã partẽ,nec iſte tex: vult di-
cere ꝯtrium,ſed dicit ꝙ tigna remota ea intentione,vt ibi iterū re-
ponant̃ nõ cenſent̃ remota,ſed adhuc eadẽ ſunt. Et effectus eſt,ꝙ
ſi teſtor legauit talẽ domū mihi de qua remouerat tigna ea inten
tione,vt debeant̃ mihi illa tigna,ſicut ſi nõ eſſent remota, ſed ſi a-
lia intentione,nõ deberent̃,vt l.granaria.§.fi.de act.emp.& no.in l.
8 cætera.§.fi.de lega.j.¶†Vltimo not. in ver.(vt nec qdem ſtipula-
tio.&c.)Caſum in quo id,qđ factū eſt tp̃e ꝓhibito, licèt ꝯferat̃ in
tp̃s ꝑmiſſum,non valet,& hoc qñ in ciuile, & non nãle eſt expe-
ctare.l.in tp̃s.de hære.inſti.Item ꝙ illa dñr non eſſe in commercio
q̃ non pñt ſubiici dñio noſtro.Item tex.ibi,(& caſum &c.)q ſem-
per allegat̃.Circa illū verò articulū,de illo,q tenetur ad certã quã
a titatẽ percipiendam ex certo fundo,ſi primo[a] anno non naſcant̃,
an debeat expectari annus ſequens,vide p Cy.in l. ſi qs argẽtum.
C.de dona.& per Bar.hic in gl.q̃ incipit (ex libero.)in fin. dic me-
lius ad l.chorus.§.fi.de leg.iij.ꝙ ibi debetur ille ſeruus ex noua uo
luntate,in qua teſtator vr̃ perſtitiſſe.Non ſunt alia.

ADDITIO.

a ¶Si primo anno non. Adde Io.de Imo.in c.potuit.de loca.Paul.de Caſt.
conſil.56.incip.quia exceptiones,

1 *Stipulatio*

1 *Stipulatio ex cauſa lucratiua euaneſcit,ſi res ĩ ea deducta efficiatur ſtipulatoris ex alia cauſa lucratiua, dum tamen irreuocabiliter,ſecus ſi reuocabiliter.*

2 *Quando lite pendente deficit ius actoris, an reus abſoluatur.*

1 **§.Si rem quam.** ¶†Stipulatio ex cā lucratiua euaneſcit,ſi res in ea deducta efficiatr̃ ſtipulatoris ex alia cā lucratiua,dū tñ irreuocabiliter, ſecus ſi reuocabiliter.h.d.vſque ad.§.Stichū. & primò loquit̃ qñ irreuocabiliter,vſque ibi.(ſi verò.)poſtea qñ reuocabiliter, & de vtroque ponit duo exempla,vt patet ex tex.In tex.ibi. (ſtipulatus ſim.) puta à te q non eras dñs:nam nihilominus valet ſtipulatio,cū poſſis redimere,& ſoluere,& ſi non redimas,ſaltē tenearis ad æſtimationem,vt l.non dubiū.in fi.de leg.iij. ¶In tex.ibi.(nactus fuero ex cā lucratiua:)puta ab eo qui erat dñs, q mihi donauit vel legauit,& poſſeſſionem adeptus ſum,vt colligit̃ ex verbo,(nactus.) ex ſolò aūt legato facto a dño,licèt acquiſiuerim dominium, nō euaneſcit ſtipl'o,qa non ſum adhuc nactus,& ita intellige tex. & eſt tex. in c. ſi tibi.de præben.in vi.¶In tex.ibi.(ſed & ſi hęres extitero.) hic maior dubitatio,qa cā hæreditaria non eſt lucratiua, imò interdum oneroſa,maximè hoc iure quo tenebatur hęres inſolidum creditoribus etiam ſi hæreditas non erat ſoluēdo,vt l.q̄ dotis. ſol. mat. Sed intellige hunc tex.qñ deducto ære alieno res iſta mãſura erat penes me ex cā hæreditaria,& ſic lucratiua,quia nihil mihi aderat pp eam,al's non haberet locū qđ hic dr̃,ita habetur in l. ſi ſeruus legatus.§. Stichus.de leg.j.& ibi no.& ita intelligit̃ l.q.ſ.ti.j.ſ'm Iac. de Are.¶In tex.ibi.(eā legauit.)dic vt habeat dubiū. ſ.in diem certam,quo caſu adeundo efficior dñs illius rei,cum in legatario añ euentum non tranſeat dominium.l.Sempronius Attalus.de vſu. leg.cū ergo habeam ex cā lucratiua videbatur euaneſcere ſtipl'o. Sed ꝯ eſt,qa adueniente die receſſurū eſt a me dñium,poſſem ergo ſtatim agere ex ſtipl'one,ſaltem vt conſequar æſtimationem, ſed ſi fuiſſet res pure legata,non haberet dubiū,qa per aditionem non ꝯſequerer dñium,cū directa via tranſeat in legatarium, vt l.a Titio.de fur.vnde nō eſſem cōſequutus ex cā lucratiua,vnde non eſſet dubium,ꝙ poſſem agere ex ſtipl'one:ſi autem fuit à me legata ſub conditione,tunc eſt maius dubium, quia poterit conditio deficere,& ſic penes me remanebit,vnde videbatur ſtipl'o extingui.Sed adhuc dicit̃ ꝯ̈rium in ſeq.ver.quia etiam poterit exiſtere, & ſic a me recedit dñium,& hoc attento ſtipl'o nō euaneſcit,ſed eſt in pendenti,& nihilominus ex ea poſſum agere conditione pēdente,vt ſequitur,ſed ſi lite pendente ꝯditio deficiat, & ſic penes
2 me remaneat,iudiciū euaneſcit vt in fine.¶†Ex quo collige,ꝙ qñ lite pendente deficit ius actoris,reus abſoluit̃,vt ſ. ſol. mat.l.ſi conſtante.§.ſi.& l.ſi ſeruus.in prin.ff.de condi.fur.ſiue deficiat ex cā đ pręterito lite mota,ſiue ex cā habente originem poſt litem motā vt dictis iurib.ſed ſi poſt litem motam ius ſuperueniat actori qđ tpe litis motæ non erat,an ſufficiat ad ꝯdemnationem?diſtinguit̃, an ex cā de præterito ante motam litem,& tunc ſufficit, ut l. ſi rē. §.fi.de pig.act.an poſt litem motam,& tunc ſecus, qa noua interpellatione opus eſt,vt l. non pōt videri. ſupra de iudi. Sed quid ſi pendente cōditione egi ex ſtipl'one,& obtinui?ęſtimationem reſtituam,qa fingitur nunq̃ fuiſſe legata.l.neceſſario.§.i.de peric. & commo.rei vend.& l.pecuniaria.ſupra ſi cer.pet.ergo &c. ſupra eo.§.ver.ſed & ſi hęres.quia tunc apparet indebitā fuiſſe æſtimationem.Et aduerte quia pendente conditione,licèt hic dicat̃ ꝙ agere poſſim,intellige non vt conſequar integram ęſtimationem, ſed quantum minus valeat,attento eo qđ euenire pōt ſi conditio exiſtat,puta ſi non fuiſſet legata,valeret decem, ſed quia legata eſt ſub conditione,reputatur valere quinque,quia tñ poſſet vendere,& reperitur qui emeret inſpecto futuro euentu, quia poteſt deficere & exiſtere,agam ergo & conſequar quinque ſ'm Iac.de Are.& ſic non ob.qđ not.in l.non quocunque.ſupra de leg.i.ubi gl.dicit ꝙ non poſſum agere conditione pendente,qđ videtur cōtra iſtum text.cum glo.quæ eſt penul.ſed reducas ad concordiā modo prædicto.

---

1 *Res quę non eſt in rerum natura,ſi tamen eſſe fingitur ratione defecti,uel moræ poteſt in ſtipulationem deduci.*

2 *Moroſus & fur æquiparantur.*

1 **§.Stichum qui.** ¶†Res quæ non eſt in rerū natura, ſi tamen eſſe fingitur ratione delicti,vel moræ poteſt in ſtipulatione deduci.h.d.cōcordat l.ſi ſeruū. §.nouari. ĩ.eo.poteſt etiam deduci in iudicio, & peti in libello, vt ĩ.ea.l.§.effectus.& §.fi.& in iuramentum,vt ex eo oriatur actio in factū,vt l.eum qui.§.j.de iureiu.effectus huius §.eſt,ꝙ ſicut mortuo Sticho poſt morā fingit̃ adhuc viuere q̃tum ad hoc vt obligatio,& actio q̄ pro eo cōpetebat non extinguat̃,puta condictio furti,vel certi condictio ex ſtipl'one,ita fingitur eſſe quantum ad hoc,vt noua obligatio & ſtipl'o poterit ſuper eo ꝯ̈hi.vr̃ ꝯ̈riū, qua ſi facilius conſeruetur in eſſe q̄ erat,q̃ de nouo ineſſe ꝓducatur, arg.l.patre furioſo.de his,qui ſunt ſui vel alie.iur.& no. hic in verſi. (qa.) ꝙ illud qđ extinguit ſtipulationē interpoſitam, fortius impe-
2 dit eam ꝯ̈hi. ¶†Item no.in fi.tex.cum gl.& ad hoc Bar.frequenter alleg.ꝙ moroſus & fur æquiparantur,& ideo determinat Bar.in l.nemo rem ſuam.§.fi.ſupra e.& l.qđ te ſ.ſi cer.pet.ꝙ ſicut in fure re perēpta non diſtinguit̃,an fuiſſet eodem mō peritura penes dominum,vel nō,imò indiſtinctè tenetur de interitu,vt l.j.§.rectiſſimè.de vi & vi arma.ita nec diſtinguatur in moroſo.

---

**§.Si quis ancillam.** ¶Licèt ancilla deſinat eſſe p̄gnans,nihilominus debet ſiſti in eadem cauſa.h.d.præmitte qđ hr̃ in l.j.ſ. ſi ex noxa. cau. aga. qa ſi ꝓmiſiſti mihi aliquē ſiſtere in iudicio ſub pęna, debes eum ſiſtere in eodem ſtatu,& cā q̄ erat tpe ſtipl'onis, al's nō prodeſſet ſiſtere:ſi ergo promiſiſti ſiſtere ancillam q̄ erat p̄gnans tpe ſtipulationis,& poſtea ſiſtas cum deſinit eſſe pregnans, nihilominus videris ſiſtere in eodē ſtatu & cā,vt hic, qa ius meū ex hoc non eſt effectus deterius,nec ēt ipſa ancilla,tūc aūt diceceris non ſiſtere in eadē cā,qñ eſt deteriorata,vel ius meum eſſet effectum deterius, qa actio mea eſſet perempta poſt moram commiſſam in ſiſtēdo

---

## LEX LXXXIII.

2 *Lapſus taciti temporis legalis, ita interpellat et in mora conſtituit ſicut lapſus temporis expreſſi,& conuentionalis.*

*Quòd lapſus talis temporis non impedit prorogationem moræ,& quid in tempore expreſſo.& nu.1.& 4.*

3 *Stipulator qualiter poſt moram poſſit petere, ſed tamen ille qui tenetur ad factum hēt facultatem faciendi uſque ad litē conteſtatam, & an habeat facultatē ſoluendi intereſſe vſque ad ſententiam ſi nō uult facere.*

4 *Actor an poſſit purgare moram ad actionem conſequendam.*

*Reus an & quando poſſit moram purgare,uel non. & nu.5.*

5 *An poſſit eam purgare in præiudicium fiſci,uel communis.*

1 **SI inſulam.** ¶† Debitor ante lit. conteſta. pōt morā purgare, & euitat ſol'onem pęnæ vel intereſſe,non ſic poſt litem ꝯteſt. ſuper intereſſe uel pęna.h.d.iſta lex famoſa,& primo ponit̃ regula q̄ locum habet ante litem conteſt.vſq. ibi. ( qđ ſi litem. ) poſtea ponitur exceptio,quæ locum habet poſt li.cōteſt.ſunt & aliæ plures exceptiones a rl'a,quas ĩ.ſubijciā,& q̄ ex alijs legib.colligūtur,q̄ ll.iſtā ſupplent,& limitāt,& iſta l.eſt repetibilis qa m ĩ eius eſt valde ſubtilis & lōga,& pōt intelligi iſta l.in trib.caſib. ¶Primò,qñ in ſtipl'one non fuit appoſitū certū tp̄s, neq certa pœna,tñ tacitè ſubintelligebatur tp̄s intra qđ commodè poſſes ędificare,vt ſ.e.l. ſi ita ſtipulatus eſſem abs te.Scđo,qñ fuit appoſitum certum tp̄s intra qđ fieret,nō tñ pęna,nam etiam tunc locū habet purgatio moræ,ut ĩ.eo.l.ſi ita quis.§.Seia. ¶Tertiò,pōt intelligi econuerſo, qñ fuit appoſita pęna,& non dies,qa ēt tunc locū hēt,ut ĩ. eo.l. q Romæ.§.Flauius.Sed in quarto caſu non pōt procedere, qñ eſſet appoſita dies & pęna,qa tunc ēt lite non conteſ. poſt lapſum diei commiſſa eſt pęna efficaciter,nec hēt locum purgatio moræ ſ'm cōem intellectum gl.Dy.& Bar.& per l.traiectitiæ.§.de illo.ſ. titu. prox.& per l.magnam.C.de ꝯ̈h.ſtipul.licèt Pet.tenuerit ꝯ̈rium.ꝙ ēt tūc locum habeat dummodo intra paucos dies per l.& ſi poſt tres.ſ.ſi quis cau.& ad l.ſ.alle.in ꝯ̈rium rñdet, ꝙ non probant opinionem prædictam,quia in §.de illo.alia erat cauſa quare non poterat purgari, quia ibi pœna poterat peti una cum principali, ſed qñ non poteſt peti cum principali,dicit ipſe locum habere,& ad l. magnam rñdet,ꝙ illa nō prohibet moram purgari,licèt dicat pœnam committi ſolo lapſu tpis ſine alia interpellatione. Bart.reprehendit Petr.in utroque dicto, quia ēt cum pœna poteſt peti una cum principali,locum habet purgatio morę,ut qñ eſſet appoſita clauſula,rato manente pacto,ut ipſe plenè diſputando ꝓbat hoc in quæſtionibus ſuis.Item ēt cum non poteſt peti una cum principali,locum tamen non habet purgatio moræ,ut in d.§.de illo.in exemplo quod ponit de pacto l.commiſſoriæ.& ſic tene opinio. Dyn.ſed ad ſuas rationes poteſt de facili rñderi,ꝙ potius loquuntur in primo dicto,qñ pœna erat appoſita loco particularis intereſſe,quod poteſt peti una cum principali,nec habet locum purgatio moræ,niſi intereſſe illud ſoluatur,ut hic in gl.ſecūda,in prin. quæ de tali intereſſe debet intelligi,ſed Bar.loquitur qñ loco totalis intereſſe,ideo non rectè Pet.reprehendit,qui intellexit ſ'm §. de illo.Ad ſecundam rationē Bart.pōt rñderi, ꝙ ibi poſt lapſum tpis commiſſum fuit pactum l.commiſſoriæ. quod tradit ſecum executionem, & facit rem haberi pro interempta, & in creditorem facit transferri dominium ipſo iure,vt l.commiſſoriæ.C. de pact. inter empt.& vendit.Si non habet locum purgatio, nimirum nō ex eo,quòd eſſet dies,& pœna,quia illud pactum loco pœnæ habetur,ſed ex eo,quia facta erat executio a lege, quo caſu ſ'm etiā eundem Bart.ceſſat moræ purgatio per l.ſi is qui.de lega.ij.& per l.qui ob rem.ſ.de cond.indeb.& iſta opin.Petr. humanior eſſet,licet præcedens cōiter teneatur.Bal.in l.cum allegas.C.de vſu.limitat eam,ut habeat locum in ꝯ̈ctib.ſtricti iuris, ſecus in bonæfidei per l.Lucius.cum ſua gl.de act.empt.& tñ habui de facto Florentiæ in q̄one valde ardua, & non potui obtinere,vt pronunciaret ſ'm opin.Bald.In text. ibi. { & tranſierit tempus quo potuiſti face-

re.)& ſic fuit commiſſa ſtip'o ad intereſſe.i.ad ęſtimationē facti,
& illud intereſſe debetur,promiſſor aūt cùm nō ſolueret, nole-
2 bat.¶†Not ergo ſm primum intellectū,ꝙ lapſus taciti tēporis le-
galis ita interpellat.& in mora ꝯſtituit ſicut lapſus temporis ex-
preſſi & conuentionalis.Item no.ꝙ lapſus talis temporis non im-
pedit purgationem moræ,ſecus in tpe expreſſo, ſi pęna eſſet ap-
poſita,vt ſ.dixi,& ſic in hoc non æquiparant̄ tps tacitum, & ex-
3 preſſum.¶†In tex.ibi,(quādiu litem ꝯteſta.non ſim.) dic ſi ſuper
intereſſe vel pœna.Et ſic no.ꝙ poſt morā pōt ſtipulator petere in
tereſſe,durat tñ facultas faciendi vſq; ad lit.ꝯteſt.ſuper eo.pōt ēt
peti ipſum factum,ut no.ſ.e.l.ii.§.Item ſi in facto.& reus habet fa-
cultatem ſoluendi intereſſe vſq; ad ſniam,qñ eſt caſus in quo ꝓci-
sè non compelleret̄ ad factū,vt no.in l.ſtip'ones nō diuidunt̄.ſ.e.
rō diuerſitatis eſt,quare plus durat hoc caſu ꝗ in ꝓcedenti,qa in-
tereſſe poſt morā eſt in obligatione & ſol'one ex diſpōne legali,
& qñ aliqd eſt in ſolutione ex diſpōne legali,durat facultas ſoluē
di vſq; ad ſniam,imò ēt poſt,vſque quo ꝯueniat̄ actione iudi.vt
ſ.de peti.hær.l.itē veniunt.§.idē rectè.ſed ipſum factū eſt in obli-
gatione & ſol'one ex diſpōne ꝯhentium,quo caſu durat facultas
ſoluendi vſq; ad lit.ꝯteſt.& nō vltra,ut l.ſi qs ſtipulatus fuero decē
in mille.j.de ſolu.¶In tex.ibi.(poſſe te facientē liberari.)poſuerat il
lud verbū qđ denotat rem,prout eſt in fieri,nō prout eſt in facto
eſſe,per qđ dico vnum qđ eſt ualde ſubtile hic,& per alios nō ta-
ctum ſi ante lit.ꝯteſt.incępit facere,& adhuc nō perfecerit,ꝙ mo
rā purget,nec debet compelli ad litem ꝯteſta.ſuper intereſſe, ſed
ſi anteꝗ incęperit facere,datus fuit libellus ſuꝑ intereſſe, & fuit ei
reſponſum,& ſic lit.conteſt.non pōt poſtea incipere vt morā pur
get.vt in fi.Sed quid ſi adhuc non rñdit libello,& offert ſe paratū
incipere,& compellere,puto adhuc eū admittendū,qa nondum
lis eſt ꝯteſt.& ſufficit ꝙ operet̄ cū effectu,non ergo requiritur ꝙ
4 compleuerit opus ante litem conteſt.¶† Vltimò aduerte ad tres
caſus,recolligendo hanc māteriam in paucis verbis,ꝙ aut loquit̄ in a-
ctore an poterit purgare moram ad actionē ꝯſequendā, & eſt di
cendū ꝙ nō,vt in l.Thais.§.intra.de fideicommiſſ.liber.ſed ad ꝗſi
tam ꝯſeruandā benè pōt purgare,vt j.eo.l.ſi ita quis.§.Seia.niſi
eſſet dies & pęna expreſsè appoſita.ſ.ꝙ poſtea non audiret̄, vt C.
de tranſa.l.ſi de poſſeſſio.aut loquit̄ in reo, & tunc aut vult offer-
re,aut vult purgare ad finem,vt euitet periculum rei debitę, qđ
incurrit ꝑꝑ morā,& tūc pōt ēt poſt litis ꝯteſta.vſque ad ſniam,
vt not.ſ.eo.l.interdū.§.fi.tunc enim offerret illud idē qđ petit̄, qđ
declara vt ibi dixi:aut vult purgare ad finē, vt euitet ſol'onem pę-
nę,uel intereſſe,& ſic vnum petit̄.ſ.pœna vel intereſſe, & aliud of-
fertur.ſ.id,qđ erat ꝓmiſſum,& iſta eſt materia huius l.in qua po-
nit̄ regula affirmatiua ꝙ ſic,quā intellige de æquitate, & nō de ri-
gore,vt j.e.l.ſi ſeruum.§.ſequit̄.Item ponitur exceptio negatiua.
ſ.qñ lis eſſet conteſta.ſuper pęna vel intereſſe, & huius exceptio-
nis ratio eſt ſm Bar.ꝑꝑ duplicem morā, quarū vna fuit cōmiſſa
in ñ faciendo,altera in ꝯteſta.litis,quę rō non placet,qa iſtę morę
ſunt commiſſæ ſuper diuerſis rebus,vnà ſuper pacto, altera ſuꝑ
intereſſe vel pęna,& ſic vna debet augere effectum alterius, arg.
ſ.de calum.l.pen.& qđ in ſimili no.in l.fiſcus.j.de iure fiſci.per eū-
dem Bar.Itē ſi hæc ratio eſſet vera,ſequeretur ꝙ ēt ſi ꝯteſt.eſſet fa
cta ſuper pœna vel intereſſe,ſed ſola interpellatio,qa illa ſufficit ad
cōſtituendum quē in mora,vt no.in l.ſi penū.ſ.qñ dies leg.ced.
purgatio impedit̄ ꝑꝑ duplicē moram,nō eſt ergo illa ratio niſi ꝙ
per conteſt.ius actoris ſuper pœna vel intereſſe fortificatum eſt,
ſicut officium procuratoris,quia efficitur dñs litis per conteſt.&
non poterit reuocari ſine cā.Aduertendum tñ ꝙ iſta exceptio ꝓ
cedit qñ mora purgaretur ad euitandum pęnam ꝯuentionalem,
& ēt legalē prouenientem ex conuentione partium, ut eſt intereſ
ſe,ſecus ſi eſſet pœna mere legalis,quia tunc poſſet purgari vſque
ad ſniam,& ita loquitur l.hoc edicto.de public.alle.in in ultima gl.
pro ꝯtria,& l.ſi tñ maior.§.accuſaſſe.de bo.lib.& in l.qui cū ſerui
uitutem.§.petiiſſe.eo.ti.& de in ius uoc.l.quamuis.& no.in l.in cri
minali.C.de iur.om.iud.quia mitius agitur cum lege,quàm cum
hoīe,ut no.in l.Celſus.in princ.ſ.de arbi.¶Item procedit hæc ex-
ceptio quando mora eſt commiſſa extra iudicium,ſiue uero in
iudicio vt quia promiſiſti ſiſtere certa die, uel ſimpl'r in iudicio,
& citatus non ſtetiſti, nam debes ſcire ꝙ ſtatim committitur ſti-
p'o ad totale intereſſe,licet iſta fuit mora particularis,quia cōmiſ-
ſa in uno actu,ut l.iam tamen.§.in hac.j.iud.ſolui.ſecus qñ cōmit
titur extra iudicium mora particularis, quia non committitur ſti
p'o ad totale intereſſe, ſed ad particulare, ut l.ſtipulationes non
diuiduntur.§.plane.ſ.eo.Ideoq; in iudiciis ita rigoroſe agitur in u-
no,minus agitur ꝗ in alio, ut poterit mora purgari ante lit.ꝯteſt.
& in quacunq; parte iudicij ſaluū ſit ius actoris,ut l.iii.§.fi.iudi.ſol.
& ita not.per Cy.ſm Pet.in l.ſi per alium.§.metum.ſ.ne quis eū
qui in ius voc.eſt vi eximat.Item habet locū dicta exceptio niſi
mora ſit commiſſa poſt lit.conteſt.quia tunc poſſet purgari vſq;
ad ſniam,vt C.de tranſact.l.ſi maior.& l.ſiue apud acta.in fi.& ibi
no.in gl.quia conteſtatio præcludit viam moræ pręcedentis,non
autem ſequentis.Alia exceptio ꝯ regulam colligitur ex glo.ii.ſ.
qñ actoris intereſſet,quia tunc non poſſet mora purgari, vt l.ſi ita
quia.§.Seia.infra eo.quæ exceptio vr̄ eſſe ꝯ hāc l. nam intererat a-
ctoris,& ad euitandum ſolu.huius intereſſe admittitur purgatio
morę.Solu.intellige hoc qñ intereſſe actoris non excedit æſtima-
tionem facti,ita ꝙ facto impleto remanet actor ſine damno. ex-
ceptio aūt quā gl.ponit debet intelligi qñ excedit, ita ꝙ facto im-
pleto actor adhuc remanet in damno,uel rei ꝑditæ, vel lucri non
facti,& tunc nō admittitur purgatio,ſubaudi niſi illud dānū refi-
ciatur,vt no.ſ.de arbi.l.ſi cū dies.§.fi.cū l.ſeq.Eſt & tertia fallentia
uel exceptio,qñ ius actoris eſſet effectū deterius, ita ꝙ ex purga-
tione moræ nullā vtilitatem ꝯſequeretur actor.vt ſi fuiſti in mo-
ra ſiſtēdi,& tūc uis ſiſtere cū actio mea ſit tpe ꝑempta:nā nihil mi
hi ꝓdeſſet ſiſtere,qa non poſſem tecū experiri,& ita intell'r l.& ſi
poſt tres.ſ.ſi qs cau.qđ intellige niſi offerat ſe paratū ſub illa actio
ne iudiciv ſuſcipere perinde acſi nō eſſet extincta, ut euitet pœnā
vel intereſſe,qđ facere poſſet,vt l.Iul.§.ꝗſitū.ad exhib.& l.& elegā
ter.§.pe.ſ.de dolo.& ideo determinat Bar.hic,ꝙ ſi ꝓmiſiſti inſulā
facere in fundo meo,& poſt morā tuā alienaui fundū, non potes
morā purgare,qa nihil mihi ꝓdeſſet nūc fieri inſulam in fundo
non meo.Eſt & quarta exceptio ſeu fallentia, ſi lapſum eſſet mo-
dicum tps poſt morā,ēt ſi lis nō eſſet ꝯteſt.ut in d.l.ſi ita quis.§.Se-
ia.& in d.l.& ſi poſt tres.& in l.ſi in lege §.colonus.ſ.loca.qđ re-
mittit̄ arbitrio iudicis quantū ſit,ut in eis not.ex quo dixit Bar.iſtā
l.debere intelligi qñ ꝯteſtatio fuit facta intra modicū tps: ſecus ſi
poſt,qa tūc non duraret facultas uſq; ad ꝯteſt.lit.ſed vſq; ad lapſū
modici temporis.hoc non placet,quia raró hoc cōtingeret,ꝙ fie
ret intra modicum tps conteſt.& ſic raró,uel nunꝗ impediretur
purgatio ꝑꝑ ꝯteſt.ſed ſemper ꝑꝑ lapſum modici tēporis, unñ Bal.
in d.l.& ſi poſt tres.dicit ꝙ ille §.Seia.loquitur in actore, aliæ duæ
loquuntur in reo.Ideo dic br̄,& iſta eſt veritas,qa inſpicitur lapſus
modici temporis qñ ſtip'o,vel obligatio habebat certā diem ex-
preſſam,ita loquitur l.& ſi poſt tres.& §.Seia.Idem ſi nō habebat,
& mora fuit commiſſa in malefaciendo,vt d.l.ſi in lege.§.colon⁹.
extra iſtos caſus dico nō debere inſpici,imo morā poſſe purgari,
ēt poſt lapſum modici tēporis,dummodo non ſit lis cōteſt.& ita
intelligo hāc legē,& iſta eſt ueritas.dico ēt ꝙ in ꝓcedentib.duob.
caſibus,ſi ꝯteſtatio eſſet facta ante lapſum modici temporis, ad-
huc impediret̄ ꝑꝑ iſtam conteſtationem.Quinta exceptio ſeu fal-
lentia eſt qñ eſſet facta executio,vel ab homine,uel à lege,ut l.qui
ob rem.de condi.inde.& de lega.ij.l.ſi is qui.ſm Dy.& Bart.& ex
hoc ſequitur ꝙ ſi fuit iuratum,non habet locū purgatio; qñ ipſo
iure facta eſſet executio uirtute iuramenti,ut in l.ſi quis maior.C.
de tranſac.eſt & ſexta & ultima fallentia, ꝗdo eſſet appoſita dies,
& pœna,ut dixi in principio legis,qđ intellige de die expreſſa & ꝯ-
uentionali.ſecus de tacita & legali per hanc legē,ut dixi ſuper tex.
& per l.ſi cum dies.§.fin.de arbi.& qđ dixi de expreſſa, intellige ēt
ſi in tacita illa inhęreret per l.vt expreſſio hic operetur,qđ eſt not.vt
l.Celſus.in prin.ſ.de arbi.Item procedit hoc in extraiudicialibus,
uel iudicialibus deciſorijs per d.l.Celſus.ſecus in præparatorijs, in
quibus admittitur purgatio, etiam ubi eſt dies & pœna, dummo
do intra modicum tempus,& iſte eſt caſus in l.& ſi poſt tres.ſm
intellectum Doct.qui tenent hanc opinionem,vt ꝗuis ſit ibi dies
& pœna,non admittatur purgatio moræ.ſic cū illi rñdent ad l.qa
in ꝓparatorijs mitius agitur,vt in d.l.ſi ſeruus.§.ſi plurium.Item in
tellige de die appoſita cauſa differendæ ſolutionis, ſecus ſi cauſa
multiplicandæ obligationis quę non impedit ſolutionem, vt in l.
j.de pen.leg.Quidam autem habebant alias duas fallentias vel ex
ceptiones.ſ.quando ſtipulatio eſſet cōcepta in perſonam vnius,
& pęna in perſonam alterius,pone exemplum in l.j.in fi.de ſtipu.
ſeruo.dicunt enim ꝙ in præiudicium illius tertij cui erat ius quæ-
5 ſitum non admittit̄ purgatio,& hoc eſſet verum.†Nam quotidie
in inſtrumentis apponitur ꝙ promiſi ſub certa pœna, cuius me-
dietas applicetur actori alia communi vel fiſco,pro quo notarius
ſtipulatur tanquam perſona publica,& ſic ſtatim illi acquirit vti-
lem,vnde non poteſt purgare in preiudicium communis.Tu dic
contrarium,quia illa promiſſio habet in ſe conditionem ſi fecero
intra tempus debitum,vel intra illud tempus,intra qđ licitum eſt
moram purgare,& ſic non acquiritur ius fiſco purè & ſimplici-
ter,ſed ſub ꝯditione ſi non purgetur mora.Idem dico in ſequen-
ti quęſtione,nam dicunt quidam ꝙ etiam ubi poteſt peti pœna
vnà cum principali propter clauſulam rato manente pacto, non
admittitur purgatio.per id,quod no.in l.id,qđ pœnę.infra de ſol.
qđ Bar.reprobat per plures rationes,quas tñ Bal.impugnat.Sed
puto Bar.verum dicere ratione prædicta,qa illa cl'a intell'r mo ꝓ
dicto,niſi mora purgetur intra tps debitū,ſed ſi ꝑꝑ aliā cām poſ-
ſet pęna peti vnà cū principali,vt qa eſſet appoſita loco particula-
ris intereſſe opinio illorum eſſet vera,& ita intelligit Pet.l.traiecti-
tię.§.de illo.ſ.tit.proxi.& dixi in prin.l.cętera.vide hic per Bar.cuius
dicta ſunt per prædicta enucleata.

## LEX LXXXIIII.

1 *Stipulatio dādi regulariter diuidua ē reſpectu obligationis,& ſolutionis.*
2 *Si teſtator mādat fieri capellam,poteſt unus ex hæredib.inſolidum com-
pelli*

*pelli ad faciendum,ſed poſtea recuperabit partem impenſarum ab alijs cohæredibus.*

3 *Quid ſi teſtator reliquit mille pro capella fienda.*

4 *Facta qualiter cognoſcantur quod ſint diuidua,uel indiuidua.*

5 *Stipulatio per te non fieri quominus ire agere liceat:quando dicatur ſtipulatio ſeruitutis,& quando ſimplicis facti perſonalis.*

*Stipulatio generis vel alternatiua,quare dicatur indiuidua reſpectu ſolutionis.*

6 *Quando quilibet ex hęredibus condemnatus pro parte non liberetur ſoluendo partem,ſed totum.*

7 *An liceat hæredi quod non licet defuncto.*

8 *Mota lite, emptori debet denunciari venditori & eius hæredib.ut poſſit agi de euictione,& quid denuncietur,& ſumptib.cuius teneatur uenditor defendere.*

9 *Non ſufficit denunciare uni ex hæredibus debitoris,uel aliquibus,ſed dēt denunciare oībus,& an omnes debent aſſiſtere & defendere: an uero mittere unum procuratorem nomine omnium.*

10 *Defenſio eſt indiuidua,& vno defendente pro parte ſua committitur ſtipulatio duplæ contra omnes pro hæreditarijs portionibus.*

1 IN executione. ¶†Stipulatio dandi regulariter diuidua ē reſpectu
obligationis,& ſolutionis.h.d. primo. Stipulatio verò facti affirmatiui vel negatiui & etiam ſeruitutis regulariter eſt indiuidua p̄dictis tribus modis.Stipulatio verò generis & alternatiua diuidua eſt reſpectu obligationis & petitionis, ſed indiuidua reſpectu ſolutionis. Stipulatio verò de euictione econuerſo eſt indiuidua reſpectu petitionis.i.denunciationis,qa quilibet ex hæredib.promiſſoris denunciare debet inſolidum, ſed eſt diuidua reſpectu obligationis & ſolōnis, quia de re euicta ɔ̃ quemlibet ex hæredib. committitur pro parte, & quilibet pro parte ſoluendo liberat̄.h.d.vſq; ad §.pe.qui incipit. Item ſi ita.§.ij.
2 no.tria.¶† Primo,dum dicit(ſinguli hęredes inſolidum)ꝙ ſi teſta
a tor mandat fieri capellam,[a]pōt vnus ex hæredib.inſolidum cōpelli ad faciendū,recuperat tñ a coheredibus partem impenſarum, ut in l.fideicōmiſſa.§.pe.de leg.iij.& plus vr̄ velle ille tex. quē not. ꝙ non poterit vnus ſolus cōpelli,niſi ēt alij fuerint requiſiti,& ſint in mora,quem text.alibi neſcio,& multum ſanit ad prædicta l.ſtiplōnes non diuiduntur.ſ.e.ꝙ licèt ſtipulatio facti ſit indiuidua,& quilibet ex hęredib.inſolidum poterit compelli,attamen non niſi
3 alijs exiſtentibus in mora. Sed qd † ſi teſtator reliquit mille pro capella fienda,vr̄ ꝙ quilibet teneatur ꝓ parte,arg.ea.l.§.inſolidū, in fi.& qđ no.ſ.eo.ti.l.ij.§.ex his.in gl.quæ incipit ɔ̃. Ang. verò tenet hic ɔ̃rium,ꝙ imò quilibet inſolidum,ne opus differat̄, de hoc vide tex.in §.pen.ſi nō cauilletur.in prin.dum loquitur qñ aliquid fuit relictum pro opere fiendo,non aūt mandauit opus fieri,& tñ dicit quemlibet teneri inſolidū.Sed Dy.ibi ſentit ɔ̃rium, licèt Ange.non allegat,quia intelligit ꝙ mandauit opus fieri, non quòd reliquerit pecuniam.pro opinio.Ange.facit,quia datio ordinatur ad factum ſicut ecōuerſo,vt not.in l.nālis.§.ꝙ ſi faciam. de pręſcrip. verbis.in prin.gl.mag.& in l.cum proponas. C. de dolo. per Docto:& tetigi in l. v. §. ſi ſortem. ſupra eodem.dic tñ ꝙ in practica non ſeruat̄,ſed qlibet ɔdemnaretur ꝓ parte ſua, licèt ille §. multū faciat.¶†Secundo not.ibi.(qa operis effectus &c.)per quem Bar. in l.ſtipulationes non diuiduntur.in iij.q.dat cognoſci, quæ ſint fa
4 cta indiuidua, qa † qñ effectus facti eſt indiuiduus, ibi factum dr̄ indiuiduum,vt fabricare domum:nam effectus fabricandi eſt ipſa domus,quę dr̄ indiuidua reſpectu effectus: quia ſi pars domus eſt ſine alia parte,non affert tantam vtilitatem reſpectu ipſius partis,quantam reſpectu totius,ſecus ſi afferret,vt in ſtipulatione rē ratam habe.& de non agendo,vt in §.Cato. ¶ † Item tertio not. ibi.(promiſſoris.)qa vr̄ hic tex.ɔ̃ Bar.in l.ſtipulatio iſta. §. ſi qs ita.
5 ſupra eo.vbi dicit,ꝙ iſta † ſtipulatio per te nō fieri quominus ire agere liceat,non dicitur ſtipulatio ſeruitutis, ſed ſimplicis facti perſonalis,qđ eſt magni effectus,quia ſic non tranſiret ad hæredem ſtipulatoris,ſecus ſi eſſet ſtipulatio ſeruitutis,iſte autem tex. videt̄ probare contrarium iuncto tex.præcedenti, quia dicit ꝙ ille qui ſic promittit dr̄ promiſſor viæ.Tu diſtingue,vt dixi in l.ij. ſupra e. an ſtipulator haberet p̄dium vicinum,vel nō,in §.ꝓ parte. ¶Not. rationem melius q̄ alibi,quare ſtipulatio generis & alternatiua dicantur indiuidua reſpectu ſolutionis.ſ.ne contingat fieri ſolutio
6 in diuerſis rebus.¶†Item not.mirabile, ꝙ quilibet ex hæredibus tenetur ꝓ parte ɔ̃ eum agere,& pro parte ɔdemnatur, & tñ non liberat̄ ſoluendo partē,ſed totum.hoc eſt verū qñ ad debitorē ꝑtinebat electio,ſecus ſi ad creditorem,qa non poſſet illud contingere,nam vno ſoluente partē,in una re,poſſet alium compellere ad ſoluendum aliam partem in eadē re,qđ non eſt qñ ꝑtineat ad
7 debitorem.¶†No.ēt ꝙ non licèt hęredi,qđ nō licebat defuncto, ſed aliquādo ɔ̃riū eſt,vt plus ꝑmittat̄ hæredi,q̄ defuncto, vt l. ſi ꝑ imprudentiā.§.non mirū.ſ.de euicto.& facit iſte text. ꝙ ſicut defunctus inuito creditore non poterat ſoluere partem debiti liqdi, ut l.ſi tutor.§.Lucius.de euictio.ita nec vnus ex hęredibus eius,licèt obligatio ſit diuidua,& tranſiuerit ad quēlibet pro parte,tñ in ɔ̃rium eſt veritas,qa alia rō eſt in perſonis hęredum,q̄ fuerit in ꝑſona defuncti,vt dixi in l.ij.§.ex his.ſupra eo.& per Cy. in l.iij.C.dę
8 neg.geſt.¶†In gl.(inſolidum.)No.ꝙ mota lite emptori debet denunciari venditori,& eius hæredibus, vt poſſit agi de euictione, ſed quid denunciat̄,rñd.non ſolum litem motam, ſed ēt debet requiri vt veniat ad defendendum,vt l.ſi plus.§.mota. de euic. & l.q abſente.de procur.& iō ēt ſcienti litē eſſe motā, debet denūciatio fieri,vt no.Bar.in l.denunciaſſe.in prin.de adul.qđ nō eſſet ſi ſolū denunciaret̄ litem eſſe motam,quia ſcienti non eſſet amplius notificandum,vt in l.j.§.j.de actio.emp.licèt glo. ibi, hoc ſentiat, ſed
b non benè.¶Item cum defenſio[b] poſſit fieri dupliciter.ſ.aſſiſtēdo emptori,& teſtes & inſtrumenta producendo,iuxta ea quę habētur in l.ſi ſuſpecta.de inoffi.teſta.& totā litem in ſe ſuſcipiendo,& emptorem releuando ab hoc onere:ad q̄ defenſionem tenet̄,dicit Bal.no.in l.qui abſentem.de procura.ꝙ ad primam, non ad ſecundam per l.ſi parentes.de euic.niſi expreſſe ɔ̃rium promiſerit, & ita vt plurimum dicunt inſtr̄a.ſ.ꝙ promiſit defendere ſuis ſumptibus & expenſis & litem motam in ſe ſuſcipere, quod non ſine miniſterio fuit inuentum,& hoc eſt vtile propter expenſas,ad in
9 tellectum eius quod no.ſ.e.l.venditores.¶†Item no.ꝙ non ſufficit denunciare vni vel aliquibus ex hęredibus debitoris, ſed dēt denunciare omnib.aliàs non haberet regreſſum ɔ̃ illum cui non denunciaſſet.Item no.ꝙ omnes debet aſſiſtere & defendere,dic tñ,ꝙ ſi aduerſarius vult qui litem mouerit,ne diſtinguatur in plures tenentur dare vnum procuratorē,qui defendat noīe om. vt
10 infra.iu.ſolui.l.iam tñ.§.penul.circa finem.¶†Vltimò no.ꝙ defenſio eſt indiuidua,& vno defendente pro parte ſua committitur ſtipulatio duplæ ɔ̃ omnes pro hæreditarijs portionibus,facit l.eadem.§.fin.ſ.eodem.iſtum tñ arti.declara,ut per Bar. in §. Cato. in ij.vel iij.quæſtione,quia eſt difficilis.

ADDITIONES.

a ¶Si teſtator mandat fieri capellam.Et quid ſi talis capella non poteſt ædificari ſine licentia Papæ,an tale legatū poſſit commutari à ſolo epiſcopo, vide per Do.de ſancto Ge.in c.gratia in pe.col.de reſcri.lib.vj.

b ¶Cum defenſio.Adde Ang.de Are.Inſtit.de excep.

---

1 *Si debitor ſoluit partem rei promiſſæ,an etiam committatur ſtipulatio pęnalis in totum,an pro parte non ſoluta.*

2 *Quando id quod eſt ſolutum non prodeſt ad illum finem ad quē ſolutum eſt,ſcilicet ut euitetur pœna ſi poſt petitur,debet uel reſtituit, vel in pœnā computari,ne creditor habeat vtrunque.*

*Quid ſi eſſet appoſita clauſula,rato manente pacto.*

1 §.Item ſi ita ſtipulatio. ¶† Stipulatio dandi etiam certam ſpeciē,
licèt ſit diuidua quo ad ſe,vt in principio l.eſt tamē indiuidua quo ad commiſſionem pęnæ,quia niſi totum detur,ſtiplo inſolidum committit̄.h.d.& eſt verum,tam in ipſo promiſſore,q̄ in eius hr̄dibus,vt non ſufficiat vni eorum dare partem ſuam, licèt nō teneatur vltra partem,niſi ēt alij dent quo ad hoc, vt pęna non cōmittatur.& ſi vnus nummus deficeret, committit̄ pęna inſolidum. Et rō eſt:quia ſtiplo,quo ad commiſſionem pęnæ continet ɔdōnem.ſ.ſi non det.& oīs ɔdō regulr eſt indiuidua, ut l.cui fundus, de condi.& demon ¶In tex.ibi.(ſi fundus.) iſtud verbum no. nā ſi promiſiſſet pecuniam,tunc ſi vnus ex hęredibus ſolueret partem ſuam,& non partem aliorum,ſibi imputatur, cū poterit ēt ꝓ alijs ſoluere,iō committit̄ pęna inſolidum ēt ɔ̃ eum, ſed ſi promiſit fundū,uel aliā ſpēm,non vr̄ poſſe imputari vni ex hr̄dibus,quare non ſoluit,ēt pro alijs,cū non habeat dñium in partib.aliorū,& tñ iſte tex.vult ɔ̃rium intelligendo ipſum,vt ſ.dixi tam in ipſo promiſſore,q̄ in eius hr̄dib.& ad rōnem factam in ɔ̃rium rñde,vt dixi in l.quinta.§.ſi ſortem.ſ.e.Item aduerte,quia iſte text. poteſt intelligi,ſiue ſtiplo pęnalis incępit à p̄cedenti diſpōne,quia promiſiſti fundum,& ſi non dares promiſiſti centum, ſiue ēt à p̄cedenti ɔdōne,qa fundū promiſiſti,ſed ſi eum non dares promiſiſti centum,quantum ad effectum,de quo hic,& facit ad no. in l.cōi di.ſ. cōi di.& per gl.in auth qui rem.de ſac.ſan.eccle. Quòd ſi emphyteuta deficeret in ſoluendo in vno numero de penſione incidat in commiſſum ac ſi nihil ſoluiſſet.Si tñ dñs vult vti cōmiſſo,reſti
2 tuere dēt,qđ percepit ꝑ id qđ no.hic gl.†Pro declaratione gl. magnæ.opp.ꝙ ſi debitor ſoluit partē rei promiſſæ duntaxat non cōmittatur ſtiplo pœnalis ſaltem pro illa parte,qa creditor ſpontè recipiendo videtur a pœna recedere,vt l.ij.in prin.ſi qs cau.& l.fi.de eo quod cer.lo.gl.fatet̄ ſm Io. qñ creditor ſpontè recepiſſet, & non deceptus,ſecus ſi fuit deceptus,qa ſoluens dedit ſibi ad intelligendum ꝙ incōtinenti ſolueretur ſibi altera pars,ar.in l.iij. ſupra de pign.act.Iſta glo.communiter reprobatur,quia eſt contra iſtū text.qui ſimpliciter loquitur. Nec ob.ll. contra. quia loquuntur quando poſt commiſſionem pœnæ creditor ſpontè reciperet partem rei,ſecus quando ante commiſſionem pęnæ,quia non videtur renunciare iuri de futuro,ſed iuri pręterito ſic. cum enim poterit petere pęnam omiſſa re,ſi recepit rem, uel partem eius.ui
3 detur pęnam remittere.¶†Not.tñ glo.in uer.(tñ in ea &c.) qñ id, quod eſt ſolutum,nō prodeſt ad illum finem ad quē ſolutū eſt. ſ. ut euitet̄ pęna,ſi poſt petitur,debet uel reſtitui,uel in pęna com-

putari,ne credtior habeat vtrunque,facit l.vel poſſeſſorem.§.j.de
tranſa.Hoc verũ niſi eſſet appoſita clauſula, rato manente pacto,
vt ).e.l.cũ ſtipulatus ſum mihi à Proculo.hic non ſunt alia.

1 *Si promiſiſti mihi aliquid ſi te vicero ad brachia,uel in ludo ſcachorũ, & per te ſtet quominus ludamus,an habeatur perinde,ac ſi te vicerim.*

**§.Quicunque.** ¶ Hic no.optimã regulã, ꝙ qñ ſtat
per eum qui futurus eſt obligari per
euentum ꝯdõnis,quominus cõditio euenit,pinde teneẽ acſi con
ditio euenißet,qđ puto verũ,ſiue pendebat cõditio ex poteſtate
eius,ſiue creditoris,ſiue tertij,vel quocũque alio mõ, qa nõ dẽt
eſſe in ſua ptãte ſe eximere ab obligatione, facit l. Labeo ſcribit ſi
mihi.&c.ſ.de ꝯhen.emp.& ſiue veniebat implenda in pſonã eius,
ſiue non,vt in l.iure ciuili.de ꝯdi.& dem.Gl.dicit hoc fallere in lu-
1 dentib.ſi aliqd mihi promiſiſti ſi te† vicero ad brachia, vel in ludo
ſchacorũ,nam licitũ eſt tibi facere quicquid poſſis, vt te non vin-
cam,& faciendo non teneris ad promiſſum, hoc intellige dum-
modo ludas mecum,ſed ſi nolles ludere,& pp hoc te vincere ñ
poſſem,habereris pro victo,qa per te ſtat, & non per virtutẽ tuã
quominus te vincam, & gl. debet intelligi qñ per virtutẽ tuã ſtat,
& hoc voluit gl.in l.ſi rem.§.fi.ſupra de præſcriptis verbis.

## LEX LXXXVI.

**Nemo rem ſuam.** ¶No.ꝙ ſicut non valet ſtipu
latio rei meę,vt ſ.e.l.nemo rẽ
ſuã.ita nec rei q̃ nõ eſt mea,ſed ꝯferaẽ in tps quo erit mea arg.l.in
tps.de her.inſt.quia paria ſunt aliqd fieri in tpe prohibito,vel in il-
lud cõferri.Sed opp.ſ.de l.ſi rem meam.Solu.ibi,ſub illa cõditio-
ne fuit ꝯcepta ſtiplo,& gl.hic prima exemplificat in legatario cui
relicta eſt res in diem,vel ſub cõditione.nã interim non eſt dñs ſi
ſtipuleẽ,ſi dies vel conditio euenerit,quo caſu erit dñs. Sed tũc ꝯ,
quia imò ſtiplo eſt valida, vt in toto tit.vt leg.no.caue.dicũt illi,q
ita exẽplificant,ꝙ dũ hic dr̃,ꝙ non ſtipulatur utiliter, non debet in
telligi,ꝙ ſtiplo nõ valet,imò valet,non tñ continet vtilitatẽ, qa
non plus conſequitur ex ea q̃ per actionem ex teſtamento. Sed
hoc non placet,quia imo põt cõtinere vtilitatem pp fideiuſſ. qui
datus,imo eſt ꝯ intentionem literæ,quæ non vult ꝙ valeat ipſo iu
re à principio, nec conualeſcit ideo dictum exemplum non eſt
bonum,ideo nõ habeat locum iſta l. qñ ſtipula. interponitur pro
executione alterius obliga.ex quo ſperaẽ effici ſtipulatoris, debet
exemplificari qñ ſimpliciter ſtipulor rem,q̃ nõ eſt mea, cum erat
mea,& ita exemplificat glo.ij.ſuper ver.vt ſtipu. ¶Sed tunc opp.
vt de l.ſi is qui Stichum.ſ.tit.j.vbi licèt efficiatur mea,ſtipulatio nõ
eſt inutilis,ſi tñ ex cauſa nõ lucratiua effecta eſt mea. propter hoc
quidam limitant legem,vt procedat qñ efficeretur mea ex cauſa
lucratiua,tñ hoc non placet,quia ſic eſſet in pendenti, an valeret
vel non,& tex. vult ꝙ ab ipſo principio ſit inutilis & inualida, dic
ergo,ꝙ interdum ſtipulor rem,quæ erat mea tpe ſtipulationis,&
tunc non valet ſtiplo,ſiue erat mea ex cauſa lucratiua, ſiue non
lucratiua,vt d.l.nemo rem ſuã. ſupra e. Interdum ſtipulor rem q̃
non erat mea,& tũc aut purè,& valet,ſed tñ poſtea efficieẽ mea
ex alia cauſa,& quæritur an euaneſcat ſtipulatio,tunc diſtinguitur
an efficiaẽ mea ex cauſa lucratiua,& vitiatur,vt ſ.e.l.inter ſtipulan-
tem.§.ſi rem.aut ex cauſa non lucratiua,& tunc ſecus, vt in d. l.ſi
is qui Stichum.ſm intellectum gl.ſi uero ſtipulor ſub cõditione,
ſi erit mea,vel cum erit,indiſtinctè non valet,ſicut in primo caſu,
& iſte eſt caſus huius l.ſiue ex cauſa lucratiua, ſiue non lucratiua
efficiatur mea qa ab ipſo principio eſt nulla,hic non ſunt alia.

## LEX LXXXVII.

1 *Si duo tenentur ad idem æquè principaliter,an mora vnius noceat alteri.*
2 *Re perempta poſt moram,qualiter fideiuſſor interdum teneatur directa, interdum utili,interdum de dolo,& interdum nullo mõ, ſed ſolus reus.*

**Mora rei.** ¶ Mora principalis debitoris perpe-
tuat obligationem ſuam, & ẽt obliga-
tionẽ fideiuſſoris,niſi fideiuſſor p prius offerendo ꝯ-
ſtituerit creditorem in mora.Sed mora vel factũ fide
iuſſoris non ppetuat obligationẽ principalis debitoris,ſed ſuã dũ-
taxat.h.d.¶Not.primo loquiẽ qñ ſolus principalis fuit in mora vſ-
que ibi,(ſed ſi fideiuſſor.)poſtea qñ fideiuſſor. & prima pars con
tinet regulã & exceptionem à regula,& iſta exceptio non eſt ali-
bi ſm Dy.& alios.¶In tex.ibi,(fideiuſſori quoq; nocet.) Idem in
quolibet alio,qui teneẽ acceſſoriè adinſtar fideiuſſoris,vt patet in
1 actione de peculio,ut ſupra eod.l.cum filius.¶†Sed qd ſi duo te-
nentur ad idem æquè principaliter,an mora vnius nocet alteri?vi
de plenè Bar.in l.ex duob.in xj.q.infra de duo.reis. ubi diſtinguit
an non ſint duo rei debendi,& non nocet,an ſint, & tunc quan-
tũ ad interpretationem pſcriptionis nocet,qa interruptio facta ꝯ
vnũ extẽditur ad alterũ,ut in l.fi.de duo.reis.aut q̃tum ad hoc, vt
obligatio non extinguatur per interitum, vel vt facit venire vſu-
ras uel intereſſe,& tunc diſtinguatur an ſint ſocii,& tunc non no-
cet,ut ).de duob.reis.l.penul.an non ſint ſocij,& tunc ſecus,vt in
l.in mora.in fi.& ibi not.p glo.ſupra de uſur.¶In tex. ibi. (nocet.)
gl.intelligit quantum ad hoc,ut pducatur obligatio, ideſt perpe-
tuetur,non ſolum quo ad ipſum principalem moroſum, ſed etiã
quo ad fideiuſſores,non autem vt fideiuſſoris obligatio augeaẽ,
primum dictũ intellige ꝙ producitur & perpetuatur.ſ. ne extin-
guatur per interitum rei debitę,ita loquiẽ hic, non aũt reſpectu tẽ
poris,qa ſi erat tpalis durat ſimili.& tpalis non efficiẽ perpetua.gl.
eſt.).eo.ſi ſeruum.§.ſequitur.q̃ incipit quantum ad hoc,& eſt glo.
ij.nec ẽt nocet q̃tum ad hoc,vt interruptio præſcriptionis facta ꝯ
principalem extendaẽ ad fideiuſſorem,tex.eſt cum glo. quæ non
eſt alibi in l.cum quis.§.ſi quis pro reo.).de ſol.licet facta ꝯ unum
correum extendatur ad alterũ,vt ſ.dixi per l.fi. C.de duo. re. dum
autem glo.dicit,ꝙ non nocet,vt augeaẽ obligatio fideiuſſoris, in-
telli.gl.ſ.vt teneaẽ vltra ſortẽ ad intereſſe pp moram rei, quod ve-
niat pp naturam actionis,ut in arbitrarijs. ita loquitur l. centum
Capuæ.allegata in glo.& teneatur ad uſuras prouenientes ex nã
ꝯctus,vt bonę fidei,ut in l.ſi poſtea.).rẽ pu.ſaluam forè.& l.q̃ritur.
ſ.loca.& ibi no.in gl.¶In tex.ibi, ſed ſi fideiuſſor. circa iſtum ver.
ſunt duo intellectus in gl.ij.Primus,ꝙ intelligaẽ ſiue fideiuſſor ob
tulit,& creditorem in mora ꝯſtituit añq̃ reus eẽt in mora,ſiue
poſt.Secundus,ꝙ intelligaẽ qñ poſt,non qñ añ, qa tunc p morã
rei poſtea ſubſecutam,tolleretur mora actoris pręcedens, & p-
duceretur obligatio quo ad vtrunque,qa ultima mora nocet,vt
).e.l.ſi ſeruum.§.ſequiẽ.ſed neutra iſtarum eſt vera, immo dẽt in-
telligi ſolũ qñ obtulit añ,nõ qñ poſt,qa intentio huius ver. eſt po
nere caſum in quo mora ſibi ſoli reo nocet,& non fideiuſſori. qa
nõ ppetuaẽ obligatio quo ad eum,ſed ſolũ quo ad reum, & hoc
ꝯtingit in dicto caſu,& tunc iſte ver.non eſt alibi ſm Dyn. ſi aũt fi
deiuſſor offert poſt moram rei,purgare moram, obligatio non
ppetuaẽ nec quo ad reũ,nec quo ad fideiuſſorẽ, qa in obligatio-
ne dãdi qlibet admittiẽ ad dandũ p alio,& iſte ẽ intellectus Doc.
¶In tex.ibi.(hominẽ occiderit.)q̃ occiſio loco morę hr̃,licèt pro
priè non ſit mora,ſed culpa vel dolus,ut ).e.l.ſi ſeruũ. Itẽ ſi nõ oc-
cidiſſet,ſed fuiſſet in mora, & poſt eius moram ſeruus moreref,
qa perpetuareẽ obligatio quo ad ipſum fideiuſſorẽ duntaxat, nõ
quo ad reũ,& hr̃et locũ qđ ſequiẽ.¶In tex.ibi. (reus liberabiẽ.) p
rľam q̃ ponitur ſ.eo.l.ſi ex legati cã.qa per interitũ rei debitæ non
interueniente mora,uel culpa debitoris liberaẽ debitor, dic tñ ꝙ
hẽt actionẽ l.Aquil.ꝯ fideiuſſorẽ interueniẽtẽ, ſi ipſe reus erat dñs
ut l.item Mela.§.j.ad l.Aquil.quã teneẽ cedere creditori q erat de
bitor ex cauſa onéroſa.ut l.qđ ſæpe.§.ſi res de ꝯh.empt.ſecus ſi ex
cã lucratiua,qñ eſt interfectus,& ſic eſt liberatus:ſi aũt eſt uulne-
ratus,tunc non eſt liberatus,ſed tenetur ipſum tradere & pro de-
terioratione cedere actionem l.Aquil. ut in l. huic ſcripturæ.ad l.
Aquil.& de iſto paſſu vide Cy.in l.nõ moriturũ. C. de ꝯh. & cõ.
ſtip.& Bar.ſ.eo.l.Stichus.¶In tex.ibi.(conueniri põt.)ſed ꝯ,qa libe
rato reo liberatur in ꝯñiam fideiuſſor.gl.fateẽ de rigore, & ſic nõ
ꝯueniẽ directa actione,ſed utili ex æquitate, & hoc ꝯtingit culpa
uel dolo ſuo,& hic ẽ text.in l.mora.in fi.ſupra de vſu.ſed ꝯ,qa nec
directa nec utili ex ſtipulatu,ſed de dolo quæ ꝯcurrit cũ alia, vt ſ.
de dolo.l.ſi fideiuſſor.glo.fi.ſoluit tribus modis, & nulla eſt uera:
dic ergo ꝙ hic loquiẽ.qñ obligatio erat pura,q̃ ſit in rerũ nã pdu
cta,vnde potuit ꝯueniri pp morã fideiuſſoris ſaltem quo ad uti-
lem actionẽ,q̃ ſubrogatur loco directę quæ perimiẽ,ꝯrium loqẽ
qñ erat ꝯdõnalis,& ſic nõ erat in eſſe producta, nec poſtea pdu-
citur,licèt ꝯditio exiſtat,qa nõ reperiẽ res quæ poterit in eam de-
duci,& ſic nec ꝯ reum,nec ꝯ fideiuſſorem committiẽ,ſed qa hoc
ꝯtingit facto fideiuſſoris deficientis alia actione, recurritur ad a-
ctionẽ de dolo,ut ibi no.Sed ꝯ,qa qñ mora committitur pp ma
leficium,põt ꝯmitti ẽt ꝯdõne pendente, licèt per interpellationẽ
ſecus,ut ſ.eo.l.cũ filius.in fi.& hoc voluit gl.in l.eum qui.§. pe. ſ.e.
& ſic exiſtente poſtea ꝯdõne committiẽ ſtipulatio pinde ac ſi res
eſſet in rerũ nã.Solu.illud procederet qñ ſtipulatio ꝯdõnalis fuiſ-
ſet interpoſita animo nouandi puram pcedentem,quo caſu red-
dit illam conditionalem ſub ꝯria conditione, & per interfectionẽ
factam condõne pendente,& tunc ſcđa non poterit ꝯmitti, & ſi
non põt nouare pcedentem reuertitur præcedens ad ſuam puri
tatem priſtinam,& ſic per interitum purificatur obligatio,ita loq
tur ibi,ſecus qñ cẽt interpoſita principaliter pp ſe, qa tunc p interi
tum non purificareẽ obligatio,nec poſſet poſtea committi adue-
niente ꝯditione,ita ſubtiliter not.hic Bart.in fin. quẽ allegaui.in d.
2 §.fi.¶†Recollige ergo,ꝙ re perempta poſt moram interdum fi-
deiuſſor tenetur directa, vt ſi poſt moram rei, non præcedente
mora creditoris quo ad fideiuſſorem,vt hic in princ.l. Interdũ te-
ſemper allegatur, φ tenor inſtr̄i uel ꝯctus debet inſpici, & cōſide-
rari, cum occurrit aliqua dubitatio circa eum. facit l. fideiuſſores
magiſtratuum. §. pro Aurelio. ī. de fideiuſ. ſic & tenor priuilegij,
ut in c. porrò. de priuil. ¶In glo. mag. ibi, (quæ autem de præteritis
ſunt, certiora ſunt.) quia præteritum poſt electionem ſemel factā,
non habet tractum in futurum, nec requiritur perſeuerantia uo-
luntatis, cum ſit uerum dicere ipſum ſemel uoluiſſe iſtum, licet ho
die nolit, non ſic in futuro quod deriuatur a pn̄ti, q̄a requiritur p̄-
ſeuerantia in uoluntate, non enim uerum eſt dicere ipſum uelle
iſtum, licet ſemel noluerit, ſi hodie nō vult, quia requiritur φ ſem
per velit: niſi lis ſit ꝯteſt. quia tunc cōſumpta eſt, & p̄fecta electio,
ante uerò declarationem voluntatis ēt futuri ſubiectiui habet tra-
ctū in futurū quouſq̄ vixerit, niſi declaret, & p̄ mortē finitur, ut ſ.
eo. l. centeſimis. §. ſi ita. ibi, ſi anteq̄ conſtituas morieris. hoc tamē
in contractibus, ſecus in ultimis voluntatib. ut l. fideicom. de le. iij.
& dixi in illo §. ſi ita. ¶†In gl. ibi, (ſed ꝯ.) ſ. ad finem huius l. dum di-
cit, (mutandi poteſtatem habebit.) ¶In glo. ibi, (ſtatim dominium
legatarij.) Iſta ratio non eſt bona, quare in legatis non ſit locus va-
riationi. Quid enim ſi non legauit teſtator alternatiue res nō ſuas
ſcienter, nam ceſſat iſta ratio, quia non transfertur dn̄ium rei lega
tæ in legatarium, & tn̄ non eſt locus variationi, ut in ll. allegatis in
glo pro ꝯ̄rijs quæ generaliter loquuntur, dic ergo, vt ſ. dixi, φ hoc
eſt fauore vltimæ uoluntatis, ne ſtet in pendenti.

ADDITIO.

a Alternatiuè. Qn̄ libellus alternatiuus admittēdus ſit, vide eundē Pau. ꝯſil.
182. & Ang. ꝯſi. 25. Lu. Ro. conſ. 260. & ibi quid de poſtula. alternatiua.

1 *Quis dicatur idoneus fideiuſſor.*

**§. Si quis ita ſtipulatus.** ¶ Qui promittit, p̄
alio ſatiſdare, ſi hoc
non fecit, tenetur ad intereſſe. quod quātum ſit, ęſtimatur ex per-
ſona debitoris principalis, an ſit ſoluendo in totum, & tūc nihil vr̄
intereſſe, an pro parte, & tunc in alia parte. an in nihilum, & tunc
in totum intereſſe vr̄. h. d. & gl. ponit caſum pluribus modis, & pla
nior poſitio eſt φ promiſiſti ſatiſdare. i. dare fideiuſſorem, vel ex p̄
miſſorē pro Titio, qui tenebatur mihi in cētum, & non dediſti, &
ex iſta promiſſione, quia ꝯtinet factū, ſuccedit obl'o ad intereſſe.
& si quæritur quantū sit, inſpicitur an Titius non ſit ſoluendo in
aliquo, & tunc tota centum potero a te petere: an ſit ſoluēdo in
quinquaginta tm̄, & tunc ſolum 50. an in totum. & tunc nihil a te
potero petere, quia non intereſt mea habuiſſe fideiuſſorem, uel
1 alium promiſſorē poſtq̄ à Titio poſſum totū cōſequi. ¶ †No. ſin-
gulariter finē huius. §. φ cū q̄ritur an aliq̄s ſit idoneus fideiuſſor,
non tm̄ inſpiciuntur facultates eius, quantū ꝓbitas, & fides, nam
ſunt multi, q̄ nihil habēt aut parū, nunq̄ tn̄ deficiunt in ꝓmiſſioni
bus eorū, & eſt pulchra vox & fama, & iſti tales dr̄ hr̄e creditū,
ex quo credito multi in immenſum ditari ſunt ſine aliquo capita-
li, certe talis non poteſt recuſari tanquā non idoneus, licet careat
facultatibus, quod not. q̄a in multis caſibus neceſſe eſt dare fide-
a iuſſorem. & ſunt in multis locis deputati approbatores cōis, [a] qui
debeant

ADDITIO.

a ¶Approbatores communis. Sed an in tali ſententia approbationis fide-
iuſſoris ſit pars citanda, vide Lud. Ro. conſi. 72.

debeant approbare,vel reprobare fideiuſſores qui offerunt,cer-
tè tales debent approbare:ſed ſi approbarent,vel reprobarent,&
pars recuſaret,poſſet agere actione iniuriarum,vt l.ſi vero. §. qui
pro rei qualitate.ſ.qui ſatiſda.cog.& è conuerſo multi ſunt abun-
dantes in facultatib.tñ in ore ipſorum non reperit̃ veritas,nec cu-
rant rumpere promiſſa eũtes ſp per cauillationes & diffugia,cer-
tè tales non pñt dici idonei,& ẽt iſtud probatur per iſtum tex.ibi.
non tam patrimonio,quàm fide &c.

## LEX CXII.

1 *Prorogatio termini an impediat pœnam committi, & an commiſſam pe rimat.& nu.2.*
3 *Si terminus fuit aſſignatus per iudicem uel arbitrum,an pars ad cuius inſtantiam fuit datus,poterit illum prorogare abſq; iudice uel arbitro.*
4 *Pœna conuentionalis committitur mero iure ante lapſum termini, quando incipit eſſe certum intra terminũ fieri,uel dari non poſſe id,quod erat fiendum,uel dandum pro euitatione pœnæ,et an poſſit peti ante lapſum termini.& nu.o.*
5 *Quid in pœna legali,& quæ dicatur pœna legalis,& quæ conuentionalis.*
6 *Mater ſi neglexit petere tutorem,uel tutelam aſſumere vſque quaſi ad finem anni,ita ꝙ non reſtabant tot dies intra quos non poſſint ſeruari ſolẽnitates requiſitæ ex forma ſtatuti,an poterit habere hæreditatẽ pupilli.*

1 CVm ſtipulatus. †Prorogatio termini facta anteꝗ̃ pœna ſit cõ-
miſſa,facit ut non committatur,licèt in primo termi-
no non fiat,uel nõ det,ſed ſi facta eſt poſtꝗ̃ pœna eſt
commiſſa,eã non reſoluit.h.d.iſta eſt ſingularis l.& difficilis,& for
te non ita bñ reperit̃ alibi in caſu ſuo.Diuide in quinq; partes. Nã
primo ponit̃ thema,& qõ vſq; ibi.{Proculus.}Secũdo diſtinguũ-
tur duo caſus pro ſolutione qõnis vſq; ibi{nam ſi tũc.} Tertio ſol
uit declarando quid iuris ſit in ſecundo caſu diſtinctionis, ɋd aũt
iuris ſit in primo non declarat,ſed ponit pro conſtante, ꝙ totũ ꝯ-
rium ſit in primo vſq; ibi,{nec ad rem.} Quarto mouet vnum du
bium circa deciſionem,& ipſum ſoluit per rationem, poſtea ꝑ re
ductionem ad abſurdum vſq; ibi.{& prope modum.}ibi.& quin-
to concludit deciſionẽ veram fore, venio ad caſum in terminis.
¶In prima parte in principio ibi.{ſi opus} ſubaudi, qḋ ipſe Procu-
lus facere promiſerat vſq; ad Calendas Iunias ſub certa & deter-
minata forma,in qua ſtipulator ipſum volebat, & promiſſor ob-
tulerat ſe facturum taliter,ꝙ ſibi placeret,aliter promiſerat pęnã,
& ſic incępit pęnalis ſtipulatio a præcedenti diſpoſitione, ſed Pet.
intelligit,vt litera iacet,ꝙ incępit a præcedenti cõdõne,& ꝙ opus
non fuerat promiſſum fieri,& in hoc dicit conſiſtere rõnem qua
re iſte ſtipulor habebat opus,& ẽt pœnam in caſu qui ponitur in
uer.{nam ſi tunc.}quia pœna fuit appoſita loco cõtemptus. Bar.
reprobat & tenet,ꝙ iſte text poterit intelligi vtroq; modo, & ꝙ
ratio quare debeat habere vtrunq; ſit illa ꝗ̃ ponit gl. mag.ſ'm Ro
ge.¶In tex ibi.(arbitratu meo.) Iſte arbitratus verſabat̃ circa qua-
litatem operis cũ eſſet ſpecificata certa forma,ſed ſi fuiſſet appoſi-
tus ad formam ſpecificandam,tunc non ſecuto arbitramento pę
na non eſſet cõmiſſa per l.mulcta.de cond.& dem. & per hoc rñ
de ab obiectionem quæ fit ).in verſi.(nec ad rem.)quia uidebat̃,
ꝙ poſtꝗ̃ ſtipulator non fuerat arbitratus pęna non fuiſſet cõmiſ-
ſa,quia nõ habebat arbitrari hoc caſu,niſi poꝗ̃ fuit ſpecificata for
ma:ergo ſi opus non eſt factum,nõ nocet ſtipulatori quo ad pę-
nam,quia non fuit arbitratus,& hoc uult dicere in illo verſi. ¶In
tex.ibi.(protulit.) dicit ſubaudi in Calendis Auguſti,ut patet.Item
ſubaudi,ꝙ Proculus fecit opus in primo termino, vñ dubitatur,
an ꝑoterit ab eo pœna peti,quia non ſeruauerat promiſſa in pri-
mo ꝯctu,nam in prorogatione termini de pœna nihil fuit dictũ,
vnde videbatur,ꝙ licet receſſum fuerit a termino, non tñ fuit re-
ceſſum a pęna,& ſic ꝙ indiſtinctè poterit peti, tñ diſtinguit ut in
uer.(Proculus.)¶In tex.ibi. (per promiſſorem mora non fuiſſet.)
(Intellige vt colligitur ex ſeq.uer.quia tꝑe prorogationis ſupere-
rat tm̃ tp̃s,intra quod opus poterat inchoari, ſi non erat inchoa-
tum poterat perfici,& hoc caſu pœna non erat commiſſa, vt ſ e.
l.ſtipu.non diui.§.ſi quis ita.nec obſt.finis illius l. utrum ſtipulatio
cõmittat̃ ꝑꝑ moram commiſſam inchoandam,ut ſ.e.l.exiſtimo.
§.fi.quia verum eſt ad intereſſe particulare, qñ pœna non fuit ap-
poſita,ſed ad tòtale,uel etiam ad pœnam quæ loco totalis apponi
tur non eſt cõmiſſa, niſi poſtꝗ̃ tranſiuit totum tp̃s appoſitum in
ſtip'one,ſi erat tale quid fiendum,quod poterat fieri vſq; ad ulti-
mam moram,vel quouſq; tranſiuerit tm̃ tp̃s,quod intra reſiduũ
perfici non poteſt,ſi erat tale,quod habebat tractum ſucceſſiuũ,
& non poterat ultima mora explicari.vt ).in verſi.(nam ſi tunc.)
iſto caſu poſtꝗ̃ pęna non erat cõmiſſa, prorogatio termini facit,
ut non committat̃,licet in primo termino non fiat, ɋa ab illo fuit
receſſum de cõi conſenſu partiũ, & alius terminus loco eius ſub
rogatus,unde perinde eſt ac ſi ille ſolus fuiſſet a principio appoſi-
tus,& ſic nõ obſt.ꝙ non fuit facta mentio pęnæ,quia imo tacitè
recedẽdo a termino cenſet̃ receſſum a pęna,q̃ ueniebat cõmittẽ
da,ſi in termino illo non fieret,& ſic ꝑꝑ morã,& iſta ꝓrogatio fa
cit,ut non ſit in mora,& hęc hñr in l.lecta.§.ſed cũ ſortis.ſi cer.pe.
2 ¶†Sed hic q̃ro quid ſi non fiat in termino ꝓrogato, ut in Calen-
dis Auguſti,an pęna cõmittat̃?vr̃ ꝙ non,ɋa non fuit ꝓmiſſa ſi n õ
fieret in Calendis Auguſti,ſed Iunij,nec in prorogatione fuit re-
petita.ꝯrium ur̃ determinare Bal.in l acceptã.C.de vſur.in 7.q. ꝙ
3 cenſeatur repetita,& allegat Inn.in c.j.de appel.†Itẽ quid ſi termi
nus fuit aſſignatus ꝑ iudicẽ,uel arbitrũ,an pars ad cuius inſtantiã
fuit datus poterit tm̃ ꝓgare abſq; iudice,uel arbitro? dic ꝙ ſic,
& facit ne aduerſarius incidat in pęnam,& hæc hñr per Bar.in l.j.
§.& poſt operis.de no.ope.nunc.Tene menti in text.ibi.(pœnam
eſſe cõmiſſam ) ſubaudi,& non reſolutã per prorogationẽ termi
4 ni.†Et ſic no.ꝙ iſtud non ita bñ reperitur alibi,ꝙ pęna ꝯuentiona
lis cõmittit̃ mero iure ante lapſum termini,qñ incœpit eſſe certũ
amodo intra terminum fieri,uel dari non poſſe id, qḋ erat fien-
dum,uel dandũ ꝓeuitatione pęnæ, quia fruſtra quantum ad hoc
expectat̃ lapſus termini,qui nihil plus operari põt.l. aliqñ in fi.ſ.ad
Vellei.non tñ põt peti añ lapſum termini, quia ꝗ̃tum ad hoc ſatis
operatur in fauorẽ debitoris,ut non prius cogat̃ ſoluere, vt ſ.eo.
l.in iſta ſtipulatione ſi Calendis.Sed an poſſit peti poſt lapſum ter-
mini?dic ꝙ ſi terminus non fuiſſet hic prorogatus,ſine dubio poſ
ſet per illam l.in illa.ſed ex quo fuit prorogatus ſi debitor intra ſ'm
terminũ facit opus,an poterit peti pœna, ut ſic ſtipulator habeat
vtrunq;.¶†In gl.mag.ſunt opi.quidam ꝙ non põt peti pęna poſt
ꝗ̃ eligit hr̃e opus,& hẽt,& ſic aduerſus petitionem pœnę dat̃ ex-
ceptio,vt l.2.in prin.ſi quis cau.& l.apud Celſum.§.Labeo.de doli
exce.Alij ut Roge.hoc fatent̃ ſi non fuit appoſita cl'a rato manen
te pacto,ſed ſi fuit appoſita non obſtabit exceptio, & ſic habebit
utrunq;,& ita intelligit iſtum tex.dum dicit (eſſe cõmiſſa.) ſ.cũ ef-
fectu,ut nec ſit reſoluta ꝑ prorogationẽ.nec ob.exce. licet opus
fuit fcm̃ intra ſ'm terminũ.iſta cõiter tenet̃.& iſta gl.allegat̃ cõiter
pro gl Rog.& Bal.eam inducit ꝯ Bar.qui tenet in l.ſi inſulam.ſ.eo.
ꝙ ẽt qñ eſt appoſita cl'a illa locum habeat purgatio moræ,nam ſi
hoc eſſet uerũ,ſtipulator hr̃et rem,& non pęnã, qñ ad nihil aliud
ſit purgatio,niſi ut euitet̃ pęna,ſed iſta gl.uult,ꝙ hẽat utrunq; cer-
tè cum reuerentia nihil facit ꝯ Bar.qñ Bar.intelligit hanc gl.& be
ne,ꝙ iſta cl'a tunc incipiat operari ſuũ effectũ,qñ lapſum eſt tp̃s in
tra quod põt mora purgari,& tunc habebit vtrunq;,& ante non
5 hẽt effectũ ſi mora purgaretur.†Pęna uero legalis non committi
a tur ante lapſum termini,[a] licet certum ſit in termino fieri non poſ
ſe,ut eſt caſus e.l.inſulam.q̃ loquit̃ qñ fuit appoſita pęna conuen-
tionalis,& ſic ſtipulatio facta cõmittenda poſt moram ad intereſ-
ſe,quod intereſſe dr̃ pęna legalis,& non committit,anteꝗ̃ labatur
totus terminus,qḋ eſt uerum ẽt ſi fuit deducta in ſtipulatione,pu
ta promiſiſti facere opus intra Calendas Martias,qḋ ſi non fece-
ris promiſiſti ꝗ̃ti mea intererit,nã ante Calendas Martias non cõ
mittit̃ ẽt mero iure ad intereſſe.Caſus eſt ſ.e.l. ſtipu. non di.§. ſi qs
ita.dũ dicit,ꝙ non cedit dies añ Calendas,& ſic non debetur.ut l.
cedere diem.de uer.ſig.quia non plus operat̃ ſtip'o expreſſa hoc
caſu poſtꝗ̃ non fuit ſpecificata ꝗ̃titas,quia non põt dici pęna con
uentionalis ꝗ̃ operat̃ diſpoſitio legalis,ſi non interueniſſet ſtipula
tio,ſed qñ exprimit̃ ꝗ̃titas,quia p̃t eſſe maior, ꝗ̃ ſit intereſſe, tunc
dr̃ pęna ꝯuentionalis,& iſta no.ɋa per alios non tangunt̃,& pon-
derant illum §.ſi quis ita.in hoc ẽt,ꝙ pęna legalis non cõmittatur
ante lapſum termini,licèt incęperit eſſe certum fieri non poſſe,hr̃
in c.cõmiſſa.de ele.li.6.in prin.qḋ inducit̃ ad plures qõnes,quas vi
de hic per Bar.Et ſpãliter ſtatutũ dicat,ꝙ bannitus poterit impune
offendi,& iudex aliquẽ citauit, ut compareat intra tres dies alias
poſuit ipſum in banno,& ipſe ſtetit per duos dies,ꝙ non compa-
ruit,in tertia cõparere non põt tm̃ diſtat a loco iudicij. utrum in
illa tertia die poterit impunè offendi?dicit ꝙ non,quia iſta eſt pœ
na ſtatuti,q̃ non infringitur añ lapſum totius termini.Et addit ꝙ
iſtud eſſet verum ſi iudex exprimeret hãc pęnam in ſua interlo-
cutoria dicẽdo,ꝙ poſſet ĩpunè offendi ſi non cõpareat ĩtra tres
dies,ɋa nõ plus operat̃ expreſſio fcã per iudicẽ ɋ operaretur ſta-
tutum ſi facta non eſſet,vt in l.3.de le.2. & ego dico ꝙ de hoc eſt
caſus ſubtiliter intelligendus,in d.§.ſi quis ita. quia facta eſt expreſ
ſio per eum modum ꝑ quem inerat,ut l.non rectè.C.de fideiuſſ.
6 ſil'r non incurreretur periurium,quia eſt pœna legalis. † Ego aũt
b alias inducebam ad qõnem de matre [b] quæ neglexit petere tuto
rem,uel tutelam aſſumere vſq; quaſi ad finem anni,ita ꝙ non re-
ſtabant, niſi octo dies intra quos eam aſſumere non poterat ꝑꝑ
certas ſolennitates,q̃ requirebant̃ ex forma ſtatuti, & non pote-
rant ſeruari intra illos octo dies,q̃rebant an poſſit hr̃e eius heredi
tatem:nam ſi mortuus eſſet poſt in pupillari ætate clarũ eſſet, ꝙ
non. vt l.2.§.ſi mater.ad Tertul.& ſi mortuus eſſet ante,cũ tñ ſuꝑ
eſſet tm̃ tp̃s intra quod poterat eã aſſumere,clarũ eẽt ꝙ ſic,ɋa tã-
quam

## ADDITIONES.

a ¶Termini.Do.Car.ſancti Ambroſij in c.perſonas.de app.dicit ꝙ ſi terminus aſſignetur ab homine loco termini iuris,ꝙ vltima dies termini eſt expectan.all.di.c.perſonas.Io.An Bal.&Panor.ibi.

b ¶De matre, vide per eundem Pau.conſi.383.& conſi.175.& vide per Io. monachum in d.c.cõmiſſa.

quam præuenta mortalitate filij non pōt dici fuiſſe in mora, nec
in culpa cum hēret totum annū, vt Inſti.ad Tert.§.fi.licèt Bar. di-
cat, ꝙ non hēt totum, imo q̃ primum pōt, debet hoc facere, ut in
l.2.§.confeſtim.ad Tert.Bal.ↄ.& eius opi.humanior eſt, qua ꝑſup
poſita reſtat dubium de eo, quod s̃.dixi, inducebam qđ ſuperius
dixi, ꝙ iſta mater repellitur ab hr̃ditate filij, cum illa ſit pęna lega-
lis quæ non infringit̃ ante lapſum totius anni, & ſic poterit adiri ſi
nę dubio.Sed dubiū eſt an lapſo poſtea anno auferatur ſibi hr̃di-
tas, qđ vr̃ per illud c.commiſſa.vbi auferr̃ bñficium. Sed in ↄriū,
quia per aditionem acquirit̃ ſibi de nouo, quod prius non habe-
bat, & ſic vr̃, ꝙ acquiſitio debeat eſſe perpetua, alias eſſet deluſo-
ria, ſed in illo c.commiſſa.nihil acquirit de nouo, ſed retinebat qđ
prius habuerat, & iſta pars humanior mihi vr̃, & tene menti per-
petuo, q̃a hoc quotidianum eſt, & de pane lucrando.¶In tex.ibi,
{nec ad rē.}poſſet quis dicere ↄ determinationem precedentem,
ꝙ imo pęna non ſit commiſſa, licèt opus non poſſet fieri intra re
ſiduum termini, q̃a ueniebat committenda, ſub duplici ↄdōne, ſi
non fieret opus, & ſi non fieret arbitratu ſtipulatoris, & licèt pri-
ma condō videatur extitiſſe, ſecunda tñ non, ſi ſtipulator nō fuit
arbitratus opus arbitrio ſuo non eſſe factum, cū hoc facere pote
rit intra tp̄s qđ reſtabat, arg.l.ſi hæredi plures.de condi inſti. & ad
hoc r̃ndetur, ꝙ illæ conditiones uidebantur eſſe diſiunctiuè poſi-
tæ.ſ.ſi opus non fieret, vel fieret, non tñ arbitrio ſtipulatoris, quia
ſibi non placet, tunc ergo neceſſarium erat arbitrari, vt pęna com
mittatur ſi opus fuiſſet factum, quia tunc defeciſſet prima ↄditio,
vñ fuiſſet neceſſe, vt extaret ſcd̃a ad hoc, ut committeretur, ut s̃.
eo.l.ſi ita quis.ſtipuletur, ſiue nauis.Sed ſi ex primo opus non fuit
factum, illa ſola conditio ſufficit, nec fuit neceſſe arbitrari, & ſi a-
liud diceremus, ſequeretur ꝙ ſi die ꝑcedente Calendas mortuus
eſſet ſtipulator, cum opus fieri non poſſet, qui nec fuit arbitratus,
nec amodo pōt arbitrari, ꝙ pęna non eſſet commiſſa, qđ eſſet ab
ſurdum, & hæc eſt intentio iſtius ver.vſque ad ver.{& prope mo
dum.} in quo maior eſt difficultas q̃ in altera parte huius l.

## §. Cum venderet.

In ſtipulatione facti poſt moram debetur intereſſe.h. d. cū l.ſequen.

### LEX LXXII.

1 *Stipulatio dicitur diuidua, uel indiuidua ſecūdū naturā rei in ea deductæ.*
*Actio dicitur mobilis, uel immobilis ſecundū naturā rei pro qua cōpetit.*
2 *Seruitutes prædiales ſunt indiuiduæ. & trib. mod & nu. 6.*
3 *Quæ facta dicantur indiuidua, & quæ diuidua. & nu. 9.*
4 *Qui ſtipulatur ſeruitutem, non ſtipulatur fieri, ſed dari.*
5 *Vſusfructus quare ſit diuiduus.*
6 *Stipulatio ſeruitutis, an poſſit cedi alteri.*
7 *Diuiſio quotuplex ſit, & in quibus rebus cadat.*
8 *An poſſim ſtipulari inſulam fabricari in fundo meo, & quid in alieno.*

## STipulationes non diuidūtur.

1 ¶†Stipulatio ↄtinens ſeruitutē, vel factum r̃r dr̃ indiui-
dua, hoc primo.Et ſi continet factum poſt moram committit̃ ad
intereſſe, & in hoc eſt indiuidua.hoc ſecūdo, & ad intereſſe totale
non cōmittit̃, niſi tranſacto tp̄e in ſtipulatione appoſito, uel intra
qđ fieri poterat, & debebat, ſed ad particulare committit̃ ſtatim,
ꝙ cœpit eſſe in mora.hoc tertio, & ultimo dicit tota l.q̃ diuide in
tres partes, ut in ſummario.Secunda ibi.{Celſus.}Tertia ibi.{ſi q̃s
ita.} & ſecunda pars venit ad declarationem, & limitationem pri-
mæ, vt quod ibi dr̃ intelligatur de primitiua obligatione compe-
tente ad ſeruitutem, vel ad factum, non aūt de ſecundaria, q̃ poſt
moram incipit competere ad intereſſe in obligatione facti, quia il-
la eſt diuidua, cum ↄtineat quantitatem. Tertia uero uenit ad de-
clarationem ſecundæ partis, dū ibi dr̃, ꝙ poſt moram incipit dēri
intereſſe. Nā hoc pōt intelligi poſt morā completā, cum lapſum
eſt totum tp̄s, & poſt moram inchoatum, tunc adhuc nō eſt lap-
ſum totum tp̄s quo potuit fieri, ſed bene eſt totū tp̄s lapſum quo
potuit inchoari, & non fuit inchoatum, qñ ergo habebit locū id,
quod dr̃ in ſecunda parte? R̃ndetur, ꝙ q̃tum ad hoc, vt debeatur
totum intereſſe, ēt in ſtipulationem deductum, neceſſe eſt, ꝙ to-
tum tp̄s lapſum ſit, & anteq̃ ſit lapſum non cedit dies quo ad inte
reſſe.i.non incipit dēre, ſubaudi, ēt ſi non reſtat tantum de tp̄e in-
tra quod poterit opus compleri, nā adhuc non committit̃ ipſo iu
re, ut dixi in l.cum ſtipulatus ſim mihi a Proculo.q̃tum ad hoc, vt
debeatur intereſſe particulare ſufficit tranſiuiſſe tantum tp̄s intra
quod potuit inchoari & non fuit inchoatum. Pone exemplum,
& declara, vt dixi in l.exiſtimo.§.fi.).eo.Ex prima parte no. tres re
1 gulas. ¶†Prima ꝙ ſtipulatio dicatur diuidua, vel indiuidua, ſm na
turam rei in ea deductæ.Simile habemus, ꝙ dicātur mobiles, vel
immobiles actiones, ſm naturam rei pro qua competit̃, vt nota.
in l.j.C.ſi aduer.tranſac.& in Auth.de non alie.per gl.& per Doc.
2 in l.poteſt.de autho.tut. ¶†Secunda r̃a eſt, ꝙ ſeruitutes prædiales
ſunt indiuiduæ, & iſta r̃a non patitur aliquam exceptionem, imo
ampliationem, q̃a idem in ſeruitute vſus, q̃ non eſt prædialis, ſed
perſonalis, vt s̃.de vſu.& habit.l. vſus pars. ſed ſecus ſit in ſeruitute
vſusfruct.ut in l.j.§.ſi vſusfruc.ad leg.Falci. Sunt autem ſeruitutes
prædictæ indiuiduæ trib.mod.ſ.quo ad ↄctum, quia non poſſunt
deduci in ſtipulationem pro parte, & ſi deducerentur ſtipulatio
non valeret, quia non eſt reperire partes ſeruitutis, & hoc probat̃
in l.viæ.s̃.de ſer.tit.gn̄ali.& hoc vult dicere tex.in ver.{horū enī,}
prout refert̃ ad ſeruitutē, dum dicit corrumpit.i.nullā reddit ſtipu
lationem.Item ſunt indiuiduæ quo ad obligationem tam ex par-
te promiſſoris, q̃ ſtipulatoris cum tranſeat ſtip̄lo ad quemlibet eo
rum inſolidum, ut in l.2.§.ex his.s̃.e. Item quantum ad ſolutionē,
quia pro parte non poſſunt præſtari.vt ).eod.l.in executione.§.2.
3 ver.ꝙ ſi ſtipulatus.¶†Tertia r̃a eſt, ꝙ facta dñr indiuidua, ſed illa
r̃a patitur exceptionem, quia ſunt q̃dam facta, q̃ diuidua ſunt, vt
in l.ea.§.Cato.& gl.in l.2.quæ incipit qui uiam.dicit, ꝙ hic ponit re
gula, ibi ponitur exceptio, vel dic ꝙ ſunt regulæ diuerſæ, & hæc
verior.Et quædam facta cadunt ſub vna, quędā ſub alia, & iſta fa
cta non ſunt indiuidua quo ad ↄctum, quia bene poſſunt deduci
pro parte in ſtipulationem, poſſum.n. ſtipulari partem domus fie
ri, vel partem foſſæ fodi, vel rem immobilem tradi pro parte, vt l.
locus.de acqu.poſ.ſed ſunt indiuidua quo ad obligationem, quia
ſtipulatio facti tranſit ad quemlibet ex hæredibus inſolidum tam
actiuè q̃ paſſiuè, & ēt quo ad oblig quia ſi fiant pro parte, nō cō
tingit liberatio ēt pro illa parte, & iſto modo intelligit̃ ille uer.{ho-
rum enim.}prout refertur ad facta, & dum dicit.{corrumpitur.}
i.facit ut liberatio non contingat ad ſtipulationem, uel obligatio-
nem.Nunc eſt difficultas in uidendo rationes, quare ſeruitutes ꝑ
diales ſunt ita indiuiduæ, & quare ēt facta, ſuper quo laborat pri-
ma gl.mag.& ponit tres rōnes in ſeruitutib.& tres in facto, ſed per
eam non declaratur iſte articulus, quia illa quæ dicit gl.potius con
cernunt effectum indiuiduitatis, quia ex eo, ꝙ ſunt indiuiduæ ſe-
quuntur illi effectus qui oſtendūt cauſam quare indiuiduæ ſunt.
Nunc recitemus gl.in voce.Collige ēt ex tex.dum dicit.{ſi quis fa
4 ciendum aliquid ſtipulatus ſit.}iūcto principio, † ꝙ qui ſtipulatur
ſeruitutem, non ſtipulatur fieri, ſed dari, vt hic ponatur differētia
inter ſtipulatorem ſeruitutis & facti, quod eſt ↄ gl.& Bart.in l.j.in
prin.s̃ eo.¶In glo.j.mag.Not.ꝙ diuidit̃ in tres partes principales.
¶Prima, format vnam oppo.ↄ id, qđ hic dr̃ de ſeruitutibus vſque
ibi{qualiter.}Secundo nititur oſtendere tribus modis qualiter ſer
uitutes prædiales ſunt indiuiduæ vſque ibi,{ſed hoc.}Tertio, alijs
trib. modis qualiter facta ſunt indiuidua, in prima parte gl. in prin.
dum dicit.{præter vſumfructum.}dic melius, ꝙ regula quæ hic
ponitur loquitur de ſeruitutibus prędialibus, vnde illa exceptio q̃
facit gl.non eſt bona quoniam non eſt regula, ſicut eſſe debet, vt
not.in l.j.de re iud.& in l.in his.s̃. de leg.j. de contentis ſub regula,
cum ſit ſeruitus perſonalis.¶In gl.ibi.{ſed inter hæredes promiſſo
ris non recipit diuiſionem.} q.d. ſecus inter hæredes ſtipulatoris.
& gl.male loquitur.Primo, quia ↄ reg. poſitam in l.2.§.ex his.s̃.e.
ꝙ illa q̃ ſunt indiuidua ex parte promiſſoris, ſunt ēt ex parte ſtipu-
latoris, & è conuerſo.Secundo, inquātum dicit, ꝙ eſt indiuiduus
ex parte promiſſoris, loquitur ↄ tex.in l.v.ver.rco.s̃.de uſufr. Ter-
tio inquantum innuit, ꝙ ſit indiuiduus ex parte ſtipulatoris, quo
ad eius hæredes, ineptè loquitur, q̃a ſtipulatio vſusfr. ad hæredes
non tranſit, niſi de his ſit facta mentio, vt s̃.eod.l.ſtipulatio iſta §.ſi
5 quis ita.†Quare autem vſusfr.ſit diuiduus, dic duplici ratione.Pri-
mo, quia eſt pars dñij, vt in l.4.de vſufruct. & do.re.corp.ergo &
quælibet eius pars integralis.Secundo, quia ordinatur ad acquiſi-
tionem fructuum qui ſunt diuidui.Tertio, quia cōtinet quid cer-
tum, quia ad ipſum pertinent oēs fructus, licèt ſit incertum, q̃ fru
ctus erunt, & eſt ēt incertum quantum durabit vſusfruct. vt ).e.
l.vbi aūt non apparet.§.fundi.ſed ſeruitutes prædiales continent
incertum, quia ordinant̃ ad neceſſitatem ꝑdij, quæ pñt ex tp̄e ua
riari, & idem in ſeruitute vſus, q̃ ſil̃r ordinatur ad neceſſitatē hoīs
& iō dicetur indiuidua, vt in l.vſus pars.s̃.de vſu.& hab.pt tñ ſalua
ri illa gl.in vno caſu poſtq̃ vſusfruct.eſt conſtitutus, nam tenet̃ cō
ſtituens pati iſtum vti frui, vt in l.3.de vſufr.& C.eo.ti.l. corruptio
nem.cum ibi no.& aliter non vr̃ plene conſtituiſſe, vt dixi in l.2.s̃.
eo.Iſta aūt obligatio ad patiendum vr̃ indiuidua, quia quilibet hr̃
dum conſtituentis tenetur inſolidum, & ſi promiſſa eſſet ſi non
pateretur, vno ex hr̃dib.ↄfaciente cōmittit̃ inſolidum ↄ oēs, qñ
aufert totū cōmodum vſusfr.vt s̃.e.l.4.& l.5.§.Cato.in prin. qđ ēt
voluit Bar.in iſta l.in fi.4.q.In ſcd̃a parte dum dicit.{vel promittat
alij fundo.}in hoc ver.do.Raph.de Cu.dicit, ꝙ putat gl.erraſſe.nā
licèt multæ ll.dicant, ꝙ vnus de ſociis fundi cōis pro indiuiſo non
poterit ſtipulari ſeruitutem ad fundum, ut in l.pro parte.de ſer.&
in l.ſi unus.de ſer.ruſt.præd.nulla tñ l.dicit, ꝙ non poterit promit
tere, hoc idē vr̃ ſentire Bar.qui dicit, ꝙ non eſt prohibitum unum
de ſocijs fundi cōis eſſe obligatum ad ſeruitutē in eodem fundo,
ut patet in l.per fundum.de ſer.ruſt.præd. nam & pt quis eſſe obli
gatus ad ſeruitutē, licèt nullum ꝑdiū habeat, & ſic ad fundum alie
num, ut in l.hr̃des.§.pen.fa.erc.Et ſi quæras, quare non ſic ex par-
te ſtipulatoris? R̃ndet ipſe, q̃a ſtipulator dēt ius metiri ex ſua per-
ſona, illud eſt nihil dicere, ꝑterea ſicut vnus de ſocijs pōt hr̃e aliū
obligatum ad ſeruitutem imponendā ad fundū cōem, nō tñ po-
terit imponi, nec erit ſeruitus quouſq; alij conſentiant, text. eſt in
l.fi.

l.fi.cōia præd.& illa l.& l.per fundum.de ſer.ruſt.præd.faciunt me
valde dubitare ſuper hoc articulo', quia ſi vnus de ſocijs imponit
ſeruitutē fundo cōi,vel acquirit,impoſitio,vel acquiſitio non eſt
nulla,ſed;pendet ex futuro euentu,& ſi alii poſtea conſentiant ex
tunc impoſitio,vel acquiſitio hēbit effectū,vt in illis ll.quare ergo
ſtipulatio,vel promiſſio eſt nulla,vt vult illa gl.& ēt tex.vñr velle?
nullus hoc tāgit.Vñ poterit dici ſalua veritate,ꝙ idem ſit in ſtipu-
latione,vel promiſſione,qđ eſt in ꝯſtōne,vt non valeat,vel ſit nul
la,ſi ſocij poſtea non conſentiant,alias ſecus, & ſic erit in penden-
ti,qđ ergo dr̄ in l.ſi vnus.in 2.rñſo.de ſer.ruſt.præd. ꝙ ſi oēs ſtipu-
lant̄,valet ſtipulatio,pōt intelligi ſil',vel diuerſis tpib.per illā l.fi. ſed
ſi intelligerem ꝓut intelligunt gl.& Doc.tunc oporteret, ꝙ ſil' ſti-
pularent̄,ſed ſi diuerſis tpib.nullius ſtipulatio valeret, quia prima
eſſet nulla a prin.& per ſequentem non reconualeſceret, & econ
uerſo,multū tñ dubito,quia vñr uiolari text.p̄dicti, ſed neceſſitas
vr̄ cogere ad hoc dicendum.Rō aūt quare vnus, ſine alijs nō p̄t
ſtipulari,nec ꝓmittere,eſt,quia nec ēt pōt imponere, vel acquire
re,vt d.l.ſi vnus.& ſic ſtipulatio,& promiſſio eſſent inutiles,quia
non poſſent effectū ſortiri. Rō aūt quare vnus ſine alijs non pōt
hoc facere,eſt,quia ſeruitus ſe hēt ad modum characteris, qui im
primit̄ cū ferro ardente,ut no.Bar.in l.4.s̄.de ſeruit. ſi ergo vnus ſi
ne alio acquirit,vel imponit,aut dicimus, ꝙ ille character impri-
mat̄ parti ſui dñij,& hoc ſtare nō p̄t,q̄a illa eſt inuiſibilis,& incor-
poralis,& magis intell'u ꝑcipitur,vt in l. Meuius.§. duob.de leg.2.
& iſta impreſſio nō pōt fieri,niſi rei corporali. Aut dicimus, ꝙ im
primatur parti ſuæ rei corporalis,& hoc ſtare non p̄t,q̄a non poſ
ſet demonſtrare partē ſuā in aliquo minimo ceſpite,in quo ēt nō
eſſet pars ſocij.& ſic imprimendo in ſua, imprimeret in partē ſo-
cij,qđ facere non p̄t,q̄a mitteret falcē in meſſem alienā,vt in l.ſicu
ti.§.Ariſto.ſi ſer.uend.Sed ꝯ iſtam glo.ꝙ iterato non ſit ſufficiens,
& iō non valeat ſtip'o unius,q̄a ipſe ſolus non poſſet imponere.
Nā ſi ſtip'or viæ decedat plurib.hr̄dib.relictis,tranſit ſtipulatio ad
quēlibet eorū inſolidum,& tñ nullus eorū ſine alijs p̄t acquirere,
vt s̄.e.l.2.§.ex his.cū ibi no.ergo dr̄et ſtipulatio per mortē uitiari,
& euaneſcere.Sol.Iuriſconſul. hoc dubiū ſentit, & voluit tollere
in l.plurib.§.& placeat.j. ea.l.ſed non bñ declarat,vñ dic, ꝙ ſtipula
tio defuncti tranſit ad oēs hr̄des,vñ non ponderat̄ tunc,ꝙ nullus
ſine alijs pōt eam mittere executioni,ſed ſatis eſt,ꝙ oēs hn̄t actio
nē,ſed non ſic,ſi vnus ſtipulatur, ſua ſtipulatio tranſit ad alios ſo-
cios,iō non valet,quia ipſe ſolus eēt qui non pōt, ſed ꝯ ipſe pōt ce
dere ſocijs,& ſic tranſibit.Sol.penes eum non remaneret, ſi cede
ret,& ſic non erit dare caſum in quo oēs habeant actionem. ¶In
gl.ibi,{& poſtea partem eius,} ſubaudi ꝓ indiuiſo, ſecus ſi pro di-
uiſo,vt in l.ſi quis duas.§.j. cōia præd. Primo.n.caſu ꝑuenit res ad
caſum a quo non pōt incipere ante negotiū perfectum, iō vitiat̄,
vt in d.§.& ſi placeat.& per Dy.in r'a factum.de reg.iur. ¶Secun-
do not.q̄a remanet penes eum pars pro diuiſo, in qua nullus hē-
bat cōionem,in qua parte ipſe ſolus poſſet acquirere,& impone-
re de nouo. ergo non vitiatur ſtipulatio per alienationē alterius
9 partis.† Quid aūt ſi ſtipulator ſeruitutis añ ipſam conſtitutam to-
tū fundum alienat? dic eodem mō ſtipulationem vitiari, vt j.ea.l.
ſi ſub vna.§.fi.niſi tp̄e alienationis cedat ius ſtipulationis,ut ibi no.
per Bal.& idem ſi prius ceſſiſſet,ſecus ſi poſtea ex interuallo, q̄a ſti
pulatio fuiſſet annullata per alienationē,unde non poſſet cedi ſ'm
eundem ibidem,ubi oīno uide,niſi fuiſſet ſtipulatus pro ſe,& pro
illis quib.cederet iura ſua ſ'm Ang.hic quod dicit eſſe no Sed licèt
poſſet cedere vni,non ſic plurib.vt in plures alienaret, q̄a ſine iniu
ria promiſſoris hoc fieri non poſſet ſ'm eundem, cū de vno per-
ueniret̄ ad plures.Sed ꝯ,nam & hoc contingit,cum ſtipulator de
cedit plurib.heredib.relictis,& tñ non vitiat̄ ſtipulatio.Rñdeo, ꝙ
hoc euenire poſſe promiſſor proſpicere debuit, ſciebat.n.ſe mori
turum,& poſſet plures hr̄des relinquere,& diſpoſitionem iuris ta
lem eſſe,vñ non poteſt conſequi, ꝙ grauetur ꝑꝑ ſuum propoſi-
tum,nam ſic poterat imaginari,ꝙ alienaret inter uiuos, & in plu-
res.breuiter per iſta q̄ dicit gl. non datur intelligi quare ſeruitutes
8 ſint indiuiduæ,ſed bene declaratur quædam natura ipſarum, † iō
aduerte,ꝙ diuiſio quædam eſt nālis,quædam ciuilis, ſ'm iuris di-
ſpoſitionē.prima fit per partes diſcretas, & ſeparatas ab inuicē, &
non cadit in reb.corporalib.& non fit per legē,ſed per hoīem, de
qua loquitur ti.fa.erciſ.& cōi diuid.& iſta cadit in qualibet re cor-
porea.Aliqñ per ipſam deſtruitur ſubiectū, vt ſi fieret in re aīata.
Nam ſi homo uel animal diuideretur per fruſtra, ſubiectum de-
ſtrueretur ſi aīa ex toto abiret, alias ſecus, vt per amputationem
manus,vel pedis,quia deſtruitur illa pars cum qua anima non trā
ſit,ſed aliqñ non deſtruitur in aliquo,vt in diuiſione fundi,uel do
mus.Iſta diuiſio nālis non cadit in ſeruitutib. & huius eſt ſola rō,
quia ſunt iura incorporalia,unde nāliter non cadit in eis, non eñ
poſſet hō diuidere,quod nec videt,nec tangere poteſt.Iſta autem
diuiſio,licèt cadat in qualibet re incorporali, non tñ ſp̄ auditur q̄
petit eam fieri per iudicium fam.erc.uel cōi diui. immo in multis
caſib.denegatur,ut no.in l.fin.C. cōi diuid. Diuiſio autem iuris fit
dupliciter.ſ.per partes integrales,ut proprietatem & vſumfructū.
Itē per partes quotas,quas gl.hic in ſeq.parte appellat multiplicati
uas,ut 3.& 4.dimidia,& ſic de ſingulis,& iſta cadit tam in reb.cor
poralib.q̄ in iuribus incorporalibus,vt patet in dñio, & actionib.
& primo caſu pōt fieri per hoīem.ſ. in rebus corporalib. Secun-
do non,niſi per l.& neutra ipſarum cadit in ſeruitutibus, prima q̄
fit per partes integrales non cadit,quia fierent ꝯ r'am q̄ eſt, ꝙ nō
eſt dare ſeruitutem ſeruitutis,vt in l.j.de vſufr.le.& hic eſſet dare,
quia proprietas eſſet iſta ſeruitus prædialis, & vſusfructus ſil'r eſt
ſeruitus perſonalis,ergo non reperit̄ vſusfructus ſeruitutis.Secun
da ſil'r non cadit,ideſt per quotas,qñ ordinantur ad tollendā ne-
ceſſitatem prædij dñantis.ut in l.j.de ſeru.ruſt.præd.& iſta non p̄t
tolli pro parte,quia non afferret tantam vtilitatem reſpectu par-
tis,quātam tòta reſpectu totius,ſicut enim ſi homo indigeret ad
ſuſtentationem vitæ quatuor panib. in die,& darentur duo tantū
cito deficeret,ita per prædium,vt in certa mēſura ponamus aq̄ q̄
neceſſaria eſt,ſi daretur minor citò areſceret, & ea ratione ſerui-
tus vſus dr̄ indiuidua.Tertio procedit iſta indiuiduitas rōne ſubie
cti.ſ.fundi dñantis,vel ſeruientis ſine quibus ſtare non pōt,ut in l.j.
cōia præd. & hoc dupliciter, primo quia non cadit in parte fundi
pro indiuiſo,& rōnem s̄.dixi,& ex hoc ſequunt̄ effectus de quib.
in gl.Secūdo,quia tota eſt in toto, & tota in qualibet parte totius
poſtq̄ eſt conſtituta Ex quo ſequitur, ꝙ ſi prædium diuideretur
in plures partes,non diuideret̄ ſeruitus: imo cum qualibet parte
tranſit inſolidū,ut l.in uia.§.fi & l.ſi partem.de ſeru.ruſt.præd.quia
per diuiſionem non deſtruit̄ ſubiectū,ſed quælibet pars fundi effi
citur fundus,ſic & aīa hoīs eſt tota in toto, & tota in qualibet par
te totius,ſ'm Philoſophos,non tñ ſic tranſit cū qualibet parte ſi di
uideretur corpus hoīs per fruſta,vt s̄.dixi.licèt autem ſeruitus nō
recipiat partes,recipit tñ modum in l.4.§.fi.de ſeru.& poſt conſti-
tuit renū.ad certam partem prædij,nec ꝑꝑea videretur diuidi, ſed
reſtringi eius virtus,ſicut cū hoī extraherentur oculi, non diuide
ret aīa,ſed reſtringitur eius virtus, ut quia primo habebat virtutē
viſiuam,nunc non habeat,& de iſtis modis (quod melius fieri po
teſt) datur intelligi iſta ſubtilis mā, in qua quantum quis ſtipulat̄,
tantum plus reperit de difficultate, nec poſſunt oīa exprimi, ſed
9 melius intellectu percipiuntur.Quod ſufficit pro iſto mane. ¶†In
tertia parte gl ibi.{inanis ſit ſtipulatio.} dic ꝙ D.Raph miratur val
de de illa gl.& de Doct. qui eam ſequuntur.nam ego poſſum ſti-
pulari inſulam fabricari in fundo penitus alieno,& valet ſtipulatio
ſi mea intereſt quoquo modo,ut l.ſtipulatio iſta.§. ſi quis inſulā.s̄.
eod. quanto magis debet valere ſi ſtipulor fieri in fundo in quo
habeo partem,licèt pro indiuiſo,quia mea intereſt, ideo dicit iſtā
gl.falſam eſſe,& hoc eſſe clariſſimum,ſed ſalua pace gl.dēt intelligi
qñ ſocius non conſentiret.Idem ſi alius in cuius fundo ſtipulatus
fuit opus fieri non conſentiret,quia ſtipulatio eſt inanis,licèt mea
intereſſet fieri.Sed iura quæ ipſe allegat loquuntur, qñ ille conſen
tiret,& tunc ſi promiſſor non faceret ageretur ad intereſſe,ita lo-
quitur §.ſi quis inſulam. Præterea ipſe non negat quin ſi ſtipulor
ſeruitutem ad fundum cōem,ſtipulatio nō valet,& idem ſi in fun
do penitus alieno,quare ergo vult,ꝙ bene valeat ſi ſtipulor inſu-
lam fieri cū ſit eadem rō.Ipſe rñdit,ꝙ id eſt ſtip'one ſeruitutis, &
ſtipulatione dandi,in qua ſuccedit obligatio ad intereſſe, uñ non
p̄t valere ꝑꝑ meum intereſſe:ſed nos loquimur in ſtipulatione fa
cti in qua ſuccedit,& ſi p̄t valere ꝑꝑ meum intereſſe,ſed certè cū
ſtipulor alteri dari q̄ mihi,bñ ſuccedit obligatio ad intereſſe, vt j.
eo.l.liber homo.§.fi & ſic ſua rñſio nihil valet.Dic ergo ſ'm Doc.
ꝙ iſta gl.dicit verum in eo quod dicit, ſed non perfectè, q̄a dicta
ſua procedunt in facto cohærente ſolo,ſed ille tex.loquitur ēt de
non cohærente,ut eſt ſtipulatio fundum tradi,quod factum non
fit in ſolo,ſed fit de ſolo & iſta ſunt diuerſa ſ'm Bart. hic, ſimiliter
& opera pōt præſtari extra ſolum vnde rōnes gl. non oſtendunt
quare iſta facta ſunt indiuidua. ¶ Opp.in gl.de l.continuus.§.fi.j.
eo.ubi ꝑ poſſumus ſtipulari inſulam fabricari vni ex hr̄dib.meis,ita
ꝙ non aliis,ergo etiā poſſet ipſe, & tñ ipſe non eſt ſolus dñs fundi
hæreditarij,& rñde,ꝙ ibi debet intelligi, qñ in fundo ipſius hære-
dis aliunde,q̄ ex cauſa hæreditaria,uel in fundo ſibi prælegato, a-
lias non poſſet fieri uni quin non fieret oībus,& non ualeret. ¶In
gl.ibi,{non poteſt dici promiſſor in aliqua parte &c.} dic iſtud di-
ctum gl.pōt procedere in duobus caſibus.Primo, quando factū
haberet certam formam,vt inſulam fabricari, nam forma non dr̄
adeſſe quouſq; opus ſit perfectum,ut in l. ſi is qui quadringenta.
§.quædam.ad leg.Falc.Item poteſt procedere,qñ non habet cer-
tam formam,tñ ſi fiat pro parte non conſequitur ſtipulator vtili-
tatē pro illa parte,ſicut ex toto reſpectu totius, ut librum ſcribi,
uel ire Romam,& tunc ſcribendo pro parte, uel eundo vſq; ad
medium itineris,non liberat̄ in aliquo,& ꝑꝑ hoc dr̄ iſtud factum
indiuiduum.Iſti duo caſus ſunt clari, ꝙ vbicūq; aliquod iſtorum
duorum ſubeſt,ibi factum dr̄ indiuiduū tam reſpectu obligatio-
nis,& ſic deſcendit ad quemlibet hæredū inſolidum tam ex parte
ſtipulatoris,q̄ promiſſoris,q̄ ēt reſpectu ſolutionis,q̄a non cōtin-
git liberatio pro parte, ſed certè reperitur factum in quo neutrū
iſtorum adeſt,ut fundum tradi,nam hoc non habet certā formā,
& traditio facta pro parte tantam affert utilitatem pro illa parte q̄
tam totum reſpectu totius,& tñ dr̄ indiuiduum iſtud factum, ut

hic,ergo iſta rō non eſt ſufficiens.Barto.rñdet, ꝙ non eſt dare tertium caſum in quo factum eſt indiuiduum,alia rōne.ſ. ne contingat ſolutionem fieri in diuerſis reb.nam ſtipul'o fundū tradi eſſet diuidua,& ſi fieret traditio partis, liberaret̃ tradens pro illa parte, & ſi conueniret̃ ad aliam partē non poſſet ad illam præciſe compelli,ſed liberaret̃ ſoluendo intereſſe,vt ſ.eo.l.in ſtipulationibus. §. operarum.in fi.& ſic fieret ſolutio in diuerſis reb. qđ eſt inconueniens,vt ). e.l.in executione.§.pro parte.Sic ergo cōclude, ꝙ vbicunq; aliquod iſtorum trium interuenit,ibi factū dr̃ indiuiduum ſed vbicunq; nullum iſtorum interuenit,tūc dr̃ factum diuiduū, & ita loquit̃ l.ea §.Cato.ſ.eod. Sed ꝯ, ꝙ ēt ibi ſubſit iſta vltima rō, nā loquitur in ſtipulatione de non agendo vel de rato: ſi ergo ꝑ parte non agis,vel ratum hr̃,habeo partem facti:ſi pro altera parte agis,vel non hr̃ ratum,hēbis intereſſe pro parte,& tñ illę ſtipulationes ſunt indiuiduæ vtroq; reſpū.dicit Bar.ꝙ ipſe intelligit illum §.qñ illæ ſtipulationes interuenerunt ſuper obligatione competēte ad pecuniā,quo caſu ſi pro parte fiat habeo factum,cuius effectus eſt ipſa pecunia,ꝑ altera vero parte pro qua non fit, habeo intereſſe,qđ ēt conſiſtit in pecunia,& ſic non videor hēre in diuerſis reb.ſecus dicit ipſe ſi debebatur ſpēs,arg.huius tex.dum loquit̃ in ſtipl'one fundum tradi.D.Raph.dicit, ꝙ Bar.deſtruit illum §.reſtringendo ipſum illo mō,& verum dicit,in hoc tñ ipſe ſubdit, ꝙ alia rōne factum de quo ibi,dr̃ diuiduum,& alia fundum tradi dr̃ indiuiduum,quicquid dicat Bar.quia promiſſio de non agendo, vel de rato dñr cōtinere factū indiuiſibile:ideo p̃t fieri ꝑ parte indiuiſibili.ſ.hæreditaria,qlibet.n.ex hr̃dib.eſt hr̃s pro parte indiuiſibili,& ꝑ illa non pōt agere,vel ratū hēre,ſed fundū tradi eſt actus diuiſibilis,& nō pōt fieri ꝑ parte indiuiſibili,ſed hæc eſt vna fantaſticaria, nā & ſolo pecuniæ eſt act⁹ diuiſibilis, & tñ vn⁹ ex hr̃dib. p̃t eā facere pro parte ſua indiuiſibili,& ſil'r uni ex hr̃dib.pōt fieri, ad ꝯrium,ſicut de §.Cato.dic ut dicā in ſeq.ꝗrio.nam Bar. ſecūdo loco opponit,ſi ſtipl'o fundum tradi eſt indiuidua illa rōne, ne cōtingat fieri ſolutionē in diuerſis reb.dēt eſſe diuidua dūtaxat quo ad ſolutionē,ne contingat illa rō ſi ſoluatur,vel fiat pro parte,non quo ad obligationem,imò dr̃ diuidi inter hr̃des, prout videmus in ſtipl'one alternatiua,vel gñis,q̃ ſunt indiuiduæ illa rōne,& tñ inter hr̃des diuiditur,vt in l.2.§.j.ſ.eo.Sed ille tex.vr̃ probare,ꝙ ſtipulatio fundum tradi ſit indiuidua,ēt reſpectu obligationis,qa ponitur ad paria cum alijs factis.ſ.poſtq̃ ponit,& inſulā fabricari,q̃ ſunt indiuidua,ēt reſpū obli.Sol.obligatio alternatiua, vel gñis conſiſtens in dando eſt indiuidua reſpū ſolutionis,& non obligationis vt dictum eſt, ſed ſtipulatio fundum tradi conſiſtens in facto eſt indiuidua vtroq; mō,vt hic.Rō diuerſitatis,qa ſi in ea poſſet fieri ſol.in diuerſis reb.fieret variatio ēt in obligationib.quia ipſum factum.ſ.tradi dētur actione in factū, ſed intereſſe dētur certi condictione,ſed in obl'one gñis & alternatiua conſiſtentib. in dando, in quo non ſuccedit obligatio ad intereſſe fieret variatio dūtaxat in reb.& nō in actionib.quia ſi ſoluat̃ pars Stichi & pars Pamphili,ambæ ſoluerent̃ ex eadē obligatione ſm Bar.d. Rapha. dixit ſe non intelligere quid Bar.velit, & ꝙ ipſe non reputat multo minus inconueniens,ꝙ fiāt ſolutiones diuerſarum rerum,& diuerſis obligationib.q̃ ex una:ergo ſtipulatio gñis,vel alternatiua in q̃bus fit ex vna,eſt diuidua reſpectu obligationis, mulo magis ſtipulatio fundū tradi dēbat eſſe diuidua reſpectu obligationis,quia fit ſol.diuerſarū rerum, & diuerſis obligationib. & iō reiecta doctrina Bart.ipſe reuertit̃ ad ſuā,de qua ſ.dixi. ſed certè dictū ſuum procederet in diuerſis obligationibus ꝯctis ad diuerſas res,quarū vna non ſuccedit loco alterius,ſed obligatio ad intereſſe ſuccedit loco facti,& iō magis eſt inconueniens,ꝙ actor compellatur variare in reb,& in actionibus,cum ſua intentio fuerit unam rem ſtipulari,& vnā obligationem acquirere,licèt l. ſubroget ēt alteram & ſic pōt ſuſtentari dictum Barto.Qūo ergo rūdetur ad §.Cato. uolendo ipm intelligere largius q̃ faciat Bart. vt loquatur etiā qñ actio,ſuper qua ſtipulationes illæ factæ ſunt,cōpetebat ad ſpeciē, & ſic habetis partē ſpeciei,& partē intereſſe,nihilominus illæ ſtipulationes ſunt oīno diuiduæ:Rñdeo,verū eſt q̃tum ad diſtributionē inter hr̃des,cū diſtribuantur pro hr̃ditarijs portionib.& idem pōt dici in ſtipulatione fundum tradi,ſed quantum ad ipſum principalem promiſſorem illæ ſtipulationes ſunt indiuiduæ, vt patet in fi.illius §.& eodē modo intelligitur hic in ſtipulatione fundum tradi,ꝙ ſit indiuidua reſpū principalis promiſſoris,licèt reſpū hæredū non,ergo reputatur inconueniens reſpectu hr̃dum variare in reb.& in actionib.ſed reſpectu principalis ſic,ſed in obligatione gñis,& alternatiua in qua eſt vnica tñ variatio, ſicut ſunt indiuiduæ reſpectū ſol.tñ quo ad principales ꝯhentes,ita & quo ad hr̃des eorū,vt in l.2.§.ex his.ſ.eo.Vltimo opp. ꝙ ſtipulatio fundum tradi ſit diuidua reſpū obligationis, qa hoc videmus in obligatione rē reſtitui.ſ.cōmo.l.3.§.qñ hæres.In hoc ſunt tres opi. Vna ut fateamur ꝯrium,& ille tex.intelligatur ſm illum,vt nō ſit dare bonam rōnem diuerſitatis,& hanc tenet Pet.alia eſt, econuerſo ꝙ ille §.intelligatur ſm iſtum,ꝙ obligatio rem reſtitui ſit indiuidua, ēt reſpectu obligationis,& hanc tenet d.Raph.dicens,ꝙ ſi obligatio fundum tradi eſt oīno indiuidua, multo fortius rem reſtitui, cum iſta reſtō ſit meri facti,maximè qñ fit a cōmodatario,uel depoſitario,qui non habuit dñium,nec poſſeſſionē, ſed nudam detentationē:ſed traditio pōt fieri ab hñte dñium,vel poſſeſſionem & utrunq; pōt transferri,vt ſ.eo.l.in conuentionalib.§.fi. cum ibi no.nec ob.ille §.hr̃s.dū dicit quemlibet teneri pro parte,nā ipſe intelligit.ſ.obligatione ſecundaria,q̃ dat̃ ad intereſſe ſi non reſtituit̃, non primitiua,q̃ dat̃ ad reſtōnem rei.Et iſtud eſt ꝯ mentem illius §.qui non patit̃ iſtum intellectū re vera,ſed loquit̃ de reſtōne rei, præterea tex.eſt,cui non pōt rñderi in l.in condictione. de condi. fur.Sed condō furtiua re extante dat̃ ad ipſam rē reſtituendā,nō ad æſtimationē,qa non reſtituitur,qñ non ſuccedit obl'o ad æſtimationem,niſi re perempta,vt in l.in re furtiua.§.j. de cond. furt. & tñ in illa l.in condōne.dr̃,ꝙ ſi ſunt plures hr̃des furis,quilibet tenet̃ pro parte.ſ.ad reſtōnem rei,vñ fuit tertia opi. Dy. q̃ ſequitur Bar.ꝙ obligatio rem reſtitui ſit indiuidua,duntaxat reſpū ſolutionis,ſed rē tradi ēt reſpectu obligationis, per illum text. & rō eſt diuerſitatis,qa rem tradi eſt meri facti,& non hēt ſimilitudinem cū obl'one dandi,cū ſtatim poſt moram ſuccedat obligatio ad intereſſe,ſed obl'gatio rē reſtitui hēt ſimilitudinem cum obligatione dandi,qa non ſuccedit ſtatim poſt morā,ſed duntaxat re perēpta, ut d.l.in re furtiua.§.j.iō in ea ſeruat̃ media uia,ut ſit diuidua reſpū obligationis,& indiuidua reſpū ſolutionis,ſicut obligatio faciēdi, & iſtam tene menti,qa cōis eſt,maximè poſtq̃ eam tenuit Dyn. plus tñ placet in puncto iuris opi.Pet.ꝙ ſtipulatio rem tradi,ſit diuidua quo ad diſtributionē inter hr̃des,ſicut obligatio rem reſtitui,ut dixi ſ.Rñdeo ad § Cato.nec aliqd ob.huic opi. iſta æquiparatio q̃ facit tex.ad alia facta.ſed de facili rñdetur,ꝙ non eſt ꝑ oīa, nā & hæc facta æquiparant̃ ſeruitutib. & tñ æquiparatio non eſt per oīa,cū ſeruitutes indiſtinctè ſint indiuiduę,& facta non,Item ſeruitutes ſunt indiuiduæ ēt quo ad ꝯctum,& non ſic facta, ut dixi ſ.ad rōnē dñi Raph.ꝙ reſtō rei ſit meri facti,rñdetur,ꝙ ꝓcedit qñ reſtituis mihi rem meam,ſed pōt dici reſtō ēt cū reſtituis rem, q̃ non eſt mea,ſed aliqñ fuit,vt in eo qui tenet̃ ꝯdōne inde.uel ob cauſ.in qua fuit tranſlatum dñium, & reſtituendo rem transfert, & ſic non eſt meri facti,vt ēt patet in l.Iul.in prin. cum ſeq. de uſu. & dixi in §.Cato. Præterea etiam traditio rei eſt aliquando meri facti,vt ſ.eo.l.ſi rem tradi.

---

1 *In obligationib.facti ſtatim poſt morā intereſſe incipit eſſe in obligatione.*
2 *In obligatione rem reſtitui,an poſſit quis præciſe compelli ad reſtitutionē, & quid in obligatione rem tradi.*
3 *Quid in obligatione dandi.*
4 *In obligatione facti cum ſit in mora, & ſuccedat obligatio ad intereſſe,an ante moram ipſum factum ſit in obligatione.*
5 *An iſta ſtipulatio ad intereſſe ſit diuidua.*

1 **§. Celſus.** ¶†No.ex iſto §.duo.Primo, ꝙ in obligationibus facti,ſtatim poſt morā intereſſe incipit eſſe obligatione,ut colligit̃ ex uer.{dari oportere.& ēt in petitione, ut in fi.& ſic pōt peti per ſe abſq; eo,ꝙ petat ipſum factū,ſed gl.in l.ſi qs ab alio.ſ.de re iud.§.fi & ſ.e.ti.l.cum ſtipulatus ſim mihi a Proculo.§.fi.tenet ꝯrium,ꝙ ſic,dūtaxat in officio iudicis mercenario & ſic non poterit peti per ſe,ſed dēt peti principaliter ipſum factū vt fiat condemnatio in intereſſe ſi non pōt,uel non vult facere, q̃ gl.reprobatur per iſtum tex.& per l.ſi inſulam.). cod. vbi patet, ꝙ ſuper intereſſe fit lit.cont.ergo petitur principaliter, alias nō fieret ſuper eo.conte.& ſi ſic eſt in obligatione,& in actione,ergo per ſe non poſſet peti,ut in l.4.C.depoſ.& iſta prouiſio fuit vtilis, quia rł'r ad factum quis non poteſt præciſe compelli,unde ſi non poſſet intereſſe petere de directo,cōpelleretur petere factum,& iudicium eſſet eluſorium ſuper facto,& dicit glo.hic,ꝙ iſta obligatio, & datio ad intereſſe oritur ex tacita,& ficta ſtipulatione legali,qa qui ſtipulatur factum,cenſetur ſtipulari,& intereſſe,ſi non fiat, & procedit hoc etiam in obligatione rē tradi,vt in l.j. in princ.de act. empt.licèt ad tradendum poterit quis præciſe compelli, qñ tenet ex ꝯctu bonæ fidei,& habet facultatem rei tradendæ,vt ibi not.in gl.ſm opi.Mar.quæ cōiter tenetur.not.Cy.in l.ſi ita traditio.C.de act.emp.& ēt Dy.& Bar.hic in 8.q.art.3.& ſic actor poſt moram poteſt,vel agere præciſe ad tradendum,vel (ſi magis vult) agere ad intereſſe,ſed in obligatione rem reſtitui,non ſuccedit incontinenti poſt moram ſi res extat, imo debet præciſe reſtitutio fieri; ſed ſecuto interitu cum mora præcedenti bene ſuccedit,ut poſſit de directo peti æſtimatio,ſm Dyn.quem ſequitur Barto. per l.in re furtiua.§.j.de condi.furt. & nihilominus adhuc poteſt peti ipſa res licet perempta.eo.titu.l.3.& ). eo.titu.l.inter ſtipulantem.§.pe. licet gloſſ.in d.l.in re furtiua. tenuerit ꝙ ēt re perempta, non ſit in obligatione, ſed duntaxat in officio iudicis, & ita intellexit illum tex.ſed gl.in l.uinum.ante fi.mag.glo.ſupra ſi cert.peta.dicit, q̃ ibi eſt ſpeciale odio furis,vt intereſſe ſit in obligatione poſt interitū, & ſic innuit,ꝙ extra illum caſum in obligatione rem reſtitui non ſuccedat,etiam poſt interitum,ſed gloſſ.in l.diuortio.§.ob donationes.ſolu.matri.ſentit,quòd indiſtinctè in obligatione rem reſtitui re perempta ſuccedat,non ante,& iſtam tenet Dy.& Bart.ſed

quare

quare non añ ſicut in obl'one rē tradi? ut in d.l.i.in princi. de act.
emp.cũ poterit qs pręcisè cõpelli ad tradēdum re extante.vt ṡ.di-
xi,ſicut ad reſtituendum.difficile eſt rõnē videre, ſed Doct.hoc
2 non tangunt.& ſemp̃ dubitaui. †Eſt tñ verum, ꝙ in obligatione
rem reſtitui,ſiue ſit bonæfidei,ſiue ſtricti iuris, põt qs præciſe cõ-
pelli ad reſtõnē ſi res extat, & habet facultatem rei reſtituendi,q̃a
aſſimilat̃ rei vend.in qua res auferẽ manu militari, vt l. q̃ reſtitue-
re.in fi.de rei vendi.Sed in obligatione rem tradi. ita tenē ſi eſt bo
næfidei,ſecus ſi ſtricti iuris,& ita eſt ſñia Bar.hic in 8.q.in arti.iij.tñ
iſtud non ſatisfacit ad plenũ,q̃a ſaltem eo caſu quo põt pręciſe cõ
pelli ad tradendum,deberet eſſe idem qđ in obligatione rem re-
ſtitui,vt non ſuccedat obligatio ad intereſſe, ſed deberet agi præ-
ciſe ad rem tradendam,& tñ ille tex.in l. j.in prin. cũ g̃naliter loq̃-
tur,vr̃ indiſtinctè velle ꝙ ſtatim ſuccedat, niſi reſtringamus illum
tex.ad caſum quo non habeat facultatem rei tradendæ, & ſic nõ
poterit præciſe compelli,aliter neſcirē quid dicere in iſto articulo,
niſi dicamus ꝙ in obligatione rem reſtitui,ſi res extat poterit agi
pręciſe ad reſtõnem,ēt ꝯ illum,q̃ non habet facultatē rei reſtituē-
dæ,ſi tenet̃ rõne doli,vel culpæ,ſeu morę, & ꝯ eum iuratur in litē
ſi non reſtituit,licèt ſumma ope nixus reſtituere non potuerit.ſi-
cut in rei ven.& hypothecaria, vt d.l.q̃ reſtituere. & l. ſi fundus. §.
in vendicatione.de pig.& l.ſi poſſeſſor.§.fi.de pet.hęr. ſed ad tradi
tionem rei non põt pręciſe quis compelli, nec ꝯ eum iurari in litē,
niſi habeat facultatem rei reſtituendę, nec ſufficit ꝙ res ſit in rerũ
natura,tñ iſta rõ adhuc non vrget,quare non ſuccedat, q̃a quan-
tum iuratur ꝯ eum qui tenet ad reſtõnem rei,tanto magis debe-
ret ſuccedere incontinenti poſt moram,vt ſic actor haberet du-
plicem viam,qđ eſt durius reo.Pręterea non vr̃ ꝙ opponere poſ-
ſim actori,non potes agere ad intereſſe, quia res extat, ſed debeo
agere ut præciſe cogatur reſtituere, qñ allegaret turpitudinem
ſuam, & culpam de qua ſentit lucrum, quod facere non poteſt,
vt l.cum in fundo.§.ij.de iure dot.Breuiter fateor non videri bo-
nam rationem diuerſitatis inter iſtas rationes, & non ſine cauſa,
cum Doctores tranſiuerint ſicco pede ſuper hoc, & nullus eſt q̃
3 tangat nec declaret.†In obligatione autem dandi nec poſt morã,
nec ēt poſt rei interitum ſuccedit obligatio ad æſtimationem,ſed
debet agi ad ipſam rem,& q̃a non põt dari officio iudicis, fit ꝯdē
natio in ęſtimatione,ut ĩ.eo.l.ſi ſeruum.§.fi.& l. vbi aũt.in fi. ĩ.eo.
niſi in tribus caſibus,quos ibi notaui,& ēt in quarto, qñ obliga-
tio eſſet ꝯcta ꝯ propoſitum ꝯhentium, quo caſu ſuccedit,& põt
fieri ęſtimatio re perempta,uel ſi dari non poteſt, ita loquitur l.ſi
filio.la prima.ṡ.de do.cau.mor.Quæ aũt ſit ratio diuerſitatis inter
obligationem dandi,& obligationē facti. Doct. multas aſſignãt,
& nulla eſt quæ vrgeat,tñ iſta magis placet,q̃a dari ſemper noſtra
intereſt cum ſit accipientis fieri,ſed aliquid fieri nõ ſemper noſtra
intereſt,vñ ſi fuiſti in mora dandi,& poſtea das adhuc vtilitatem
ſentio,ſed ſi fuiſti in mora faciendi,& poſtea vis facere,poteſt eſſe,
ꝙ mea nõ intereſt fieri,ſed bene interfuit tp̃e quo fuiſti in mora,
vt patet in l.& ſi poſt tres.ſi quis caut.vnde q̃a hodie nullã vtilita-
tem ſentirem,iuſtum eſt,ꝙ agere poſſim ad illud quod mea inter
fuit aliq̃n fieri.Super primo articulo occurrũt quamplures q̃õnes
1 **Quod dicitur.** † Si pr̃ ſtipulet̃ filio in ptãte illud qđ ſibi acquireretur ſi filius fuiſſet ſtipulatus, valet ſtipl'o, & hr̃ perinde, acſi filius patri fuiſſet ſtipulatus.Si verò illud qđ patri non acquireretur ſi filius ſibiipſi ſtipulatus fuiſſet,tunc patri non acquiritur.Si verò filius ſtipulatur patri,tunc indiſtinctè ſibi acquiritur, ẽt ſi ſit tale ꝙ ſi filius fuiſſet ſibiipſi ſtipulatus patri non acquireretur.h.d.in effectu,& eſt difficilis,& ſubtilis in ſui mã. Stat ergo dr̃ia an filius ſtipuletur ſibiipſi,vel ſtipuletur patri: nam primo caſu ſi illud qđ ſtipulatur ſibi acqreretur patri,vt ſi conſtat in iure,tunc eodem modo acqrĩt ſi pr̃ illud idem ſtipulatur filio, acſi ipſemet filius fuiſſet ſibiipſi ſtipulatus:ſed ſi ſit tale qđ non acquireretur patri,vt ſi conſiſtat in facto cohærente perſonæ filij, & explicando per eum,vt Inſti. de ſtip. ſer. §.ſed cum factum.& l.ſi id,qđ ). titu.j. tunc ſi pater ſtipulatur filio acquiritur ipſi patri,qa perinde eſt,acſi ipſe filius fuiſſet ſibiipſi ſtipulatus, qñ aũt filius nõ ſtipulat̃ ſibiipſi, ſed ſtipulatur pr̃i,tunc indiſtinctè acquiritur patri, ẽt ſi ſit tale,ꝙ ſi fuiſſet ſtipulatus ſibi non acquireretur pr̃i,vt factum ſuum:nã tũc nõ ſtipulatur patri factum ipſius filij,ſed factũ ipſius pr̃is, ut liceat patri ire agere, & aliud eſt factum filij, aliud eſt factum patris.¶In tex.ibi.(utiliter ſtipulari.)ſ.q̃tũ ad hoc,vt valeat ſtipl'o, & acqratur ipſi patri,perinde acſi ipſe filius ſtipulatus fuiſſet, quia ſtipl'o patris fingitur eſſe ſtipl'o filij,cum cenſeatur eadem perſona.l.fi.C.de impub.& hoc patet ex ſeq. dum dicit (quaſi ſibi.) ſ.filio, ille.ſ.filius ſtipuletur,vt ſicut ſi verè filius ſtipulatus eſſet, acquireretur patri, & ita,ſi fictè uideatur ſtipulatus, & utroque caſu dicta obligatio, & actio primo loco acquiritur ipſi filio,& eodem inſtanti facit tranſitum ad patrem,& nihil remanet penes filium,vt no.per Bart.in l.cum filio.de leg.j.licèt Ang.hic ſm Iac.de Are. uideatur dicere,ꝙ directa remaneat apud filium,qđ falſum eſt,ut Inſti. per quas pſo. no.acqui.licèt enim in alijs hoc procedat nõ ſuppoſitis noſtræ poteſtati, in caſibus in quibus poſſunt nobis acquirere actionem,ut acquirãt vtilem,& apud eos remaneat directa, de quibus caſibus tetigi in l.ſtipl'o iſta.§.alteri. ſupra eod.non ſic in his qui ſunt in noſtra poteſtate,alias non eſſet differentia,cum tamẽ leges magnam uideantur facere.¶In tex.ibi,hoc in his uerum eſt, quaſi dicat,tũc eſt uerum,quòd ex facta ſtipulatione filij acquiritur patri, quãdo ex uera acquireretur,quod quando ſit infra oſtendit,ſed ſi ex uera non acquireretur, nec etiam ex ficta interpoſita per patrẽ quæ fingitur eſſe filij,ut in uer.(alioquin.)ne plus operetur fictio,quàm ueritas,ut in l.qui ad certum.ſupra loca.¶In tex.ibi, (inutilis erit ſtipulatio,)ſcilicet quãtum ad hoc,ut pater poſſit ex ea agere, ut ſibi liceat tenere,ire,uel agere,tanquam ſi factum ſuum reputet̃ idem cum facto filij,ſed benè eſt utilis quãtum ad hoc vt ipſe pater poſſit agere,ut liceat ipſi filio tenere,ire,uel agere, ſi intereſt ipſius patris hoc fieri,& ita uoluit gl.ſing.in §.ſed cum factum. Inſti.de ſtip. ſer,quam omnino uide, non dico ut ipſi filio acquiratur actio, & penes eum remaneat,quod iſto iure eſſe non poterat, & ita intelligit glo.ſuper uerbo(tenere.)quam ita declara, licèt Bart.uideatur dicere,ꝙ immo acquiritur filio utilis per l.ſi quis operas. de oper. lib.& per l.quocunque.§.j. ſupra eo. ſcilicet qñ eſſet filius ſui iuris, & ſic poſſet penes eum remanere,alias competit ipſi patri, nõ ut ipſe pater poterit agere, ſed ut ipſe filius. Et ita etiam vr̃ intelligere do. Raph. licèt obſcure loquatur, & quia difficultas huius l.male declaratur per Doct. ꝓ eius declaratione vt gl.melius tibi liqueat,
2 quæritur in ea de trib. ¶ † Primo, vtrum ſit uerum indiſtinctè id, quod hic dicitur in uer. (alioquin.) quod quando pater ſtipulatur filio aliquid qđ conſiſtat in facto, ſtipulatio ſit inutilis quãtum ad hoc,ut acquiratur patri.Glo. ꝙ non,ſed tunc,eſt uerum quãdo ſtipulatur factum explicandum a filio, ſecus ſi explicandum a tertio in perſonam filij,vt rem tradi filio,nam in hoc idem eſt quod in ſtipulatione dandi,quia res tradita poteſt ad patrem peruenire. Bart. contra hoc opponit de l.ſtipulatio iſta.§.hi qui. ver.cum uero. ſupra eod.ubi erat explicandum à tertio,& tamen reputatur ſtipulatio meri facti,ut non acquiratur patri, ideo ipſe dicit non eſſe fiendam differentiam quã facit gl.ſed aliam,an ſit factum cohærens ꝑſonæ filij,& tunc non acquiratur patri,ſiue ueniat ad explicãdum per filium ut hic,ſiue per alium, ergo filium, ut ibi ſi ſtipulatur, ꝙ tertius non impediat filium ire agere, & non poterit pater ex hoc agere,ut non impediat ſeipſum, ſed ſi non cohæret perſonæ filij, tunc a quocunque ueniat explicandum,eſt idem quod in ſtipula-
3 tione dandi,ut acquiratur patri.¶† Secundo quæritur an ſit uerũ indiſtincte, ꝙ ſi ſtipulatur aliquid conſiſtens in dando acquiratur ipſi patri,& reſponde,ꝙ non,ſed ſolum eſt uerum eo caſu quo ſi filius fuiſſet ſtipulatus ſibi,acquireretur patri,puta ex cauſa profectitia ex qua tam olim,q̃ hodie ſi filius ſtipularetur ſibi,acquireretur patri, quia in profectitijs nihil eſt hodie immutatum. Sed ſi ex tali caſu ex quo acquireretur ipſi filio,& non patri, ut ex caſtrenſi uel quaſi,tam olim,quã hodie,tunc ſi ſtipulatur filio,non acquiritur ipsi patri per rationem quam ſupra dixi, ne plus operetur ficta ſtipulatio filij quã uera.Et si ſtipularetur ex cauſa aduẽtitia,ex qua ipſe filius ſtipulando sibi,non acquirit patri proprietatẽ,ſed vſumfructum, eodem moro, si pater ſtipulatur filio non acquirit sibi, nisi vſumfructum,ſed acquirit filio proprietatem, & uſumfructũ in caſtrensi,uel quasi,uel in aduentitio proprietatem. Glo. hic ſentit ꝙ sic,dum vult,ꝙ in aduentitio acquirat sibi uſumfructũ, nam hoc eſſe non poteſt,nisi etiam filio acquirat proprietatem,cũ non debeat habere uſumfructum nisi de bonis filij. Sed Ang. dicit hic ꝯrium & miror,quia non bene intellexit,nec conſiderauit.dicit.n. ꝙ filius in illis habetur ut extraneus, & qñ pater ſtipulatur filio ut extraneo,nihil sibi acquirit,ut not. glo. in l.si tibi.§. si pactus.ſupra de pact.ſed male loquitur,nam si pater ſtipularetur filio emancipato,acquireret sibi utilem actionem,ut ſup.eo. l.quodcunq .§.j.& tñ eſt ut extraneus,quia oĩa acquirit sibi,non patri.nec ob. ꝯrium, nam aliud eſt dicere, ꝙ filius habeatur ut extraneus quantum ad hoc ut sibi quærat,& non patri,ut in casibus prædictis,aliud eſt ꝙ pater ſtipulatur sibi ut extraneo, nam tunc eſt hoc qñ merita filij ſunt impenſa patri,& pater mouetur ad ſtipulãdum filio propter dicta merita, non propter filiationem,quia idem faceret si eſſet qdam extraneus, qui talia impendiſſet, & tunc loquitur glo.in ꝯriũ alleg.Sed qñ merita filij non ſunt impenſa patri, licet sint impenſa cuidam tertio qui mouetur ad promittendum patri propter merita filij,tunc pater non mouetur propter merita, ſed propter filiationem, licet promiſſor moueatur propter merita, & sic ſtipulat̃ sibi,ut filio,& per ꝯñs quærit sibi utilem actionem ꝑ eandem gl.q̃ eſt in §.si pactus.& iſtud declarat l.iſta, & dr̃ illud aduentitium, qa prouenit ꝑꝑ merita filij,& patri acquiretur uſusfructus filio uerò
3 proprietas.¶ † Tertio quæritur quid si pr̃ ſtipulatur domũ fieri in ſolo filij,uel in ſolo patris? glo.tenet ꝙ acquiritur patri,ſed hoc eſt uerum qñ in ſolo patris traditur forte filio in peculium, ſed qñ in ſolo filij,non põt acquiri patri proprietas ædificij q̃ cedit ſolo qđ non eſt ſuum,acquiretur ergo actio utilis ipsi filio, & ẽt patri poſſet acquiri directa si ſua intereſt peculiariter ibi ædificare,sicut si in ſolo cuiuslibet extranei,ut ſupra eo.l.ſtipl'o iſta. §. si quis inſulam. ¶Vltimo recolligendo hãc materiam debes ſcire, ꝙ pater poteſt ſtipulari filio altero de quatuor modis, primo tanq̃ sibiipsi patri, & ut sibi acquiratur & hoc caſu loquitur iſta lex, ut ualeat, & ut acquiratur sibi eo caſu quo si filius eſſet uere ſtipulatus, ſimiliter acquireretur patri,ut ex ecauſa ꝓfectitia,& qñ non ꝯsiſtit in facto cohærente ꝑſonæ filij,ut in dicto caſu,penes filium nulla remanet actio ẽt directa,ſed acquirit̃ pr̃i,ſed si id, qđ ꝯsiſtit in facto cohęrẽte ꝑſonę filij, licet ex cã ꝓfectitia, qd iuris sit ſ.declaraui, quia sir̃ apud filiũ nulla remanet actio,nec pr̃ põt agere pro facto ſuo, ſed bñ põt agere pro facto filij, si ſua intereſt. Interdũ ſtipulat̃ filio ut filio,non ut acquirat̃ ipsi patri,ſed ipsi filio,qđ ꝯtingit qñ ſtipulatur in aliquo caſu in quo olim poterat acqri filio,& nõ acquirebatur patri,ut in dote ut in l.Põponius Philadelphus.ſ.fam.erc.uel in caſtrensi,uel quasi caſtrensi peculio, uel ẽt hodie in aduentitio quo ad proprietatẽ,& nõ mouetur ad hoc faciendũ ꝑꝑ merita sibi impenſa ꝑ filiũ,ſed ſolũ rõne filiationis,uel si filius erat emancipatus, & sic oĩa acquirebat sibi,& tunc pater ſtipulando filio acquirit illi utilem actionẽ.l.uxorẽ.§.teſtamẽto.de leg.iij. & l.qđ cũq;.§.j.ſ. eo. & §.si quis ita.& qđ not.ĩ l.pactũ. & l.pater.C.de pac.dot.& l.cum dos.eo.ti.ff.& ꝑ gl.in d.§.si pactus.Interdũ ſtipulatur ut extraneo,
a qñ mouetur ꝑꝑ merita [a] sibi impenſa per filiũ, & tunc gl. in d.§.si pactus.& Bar.& Ang. hic uident tenere, ꝙ nulla obligatio acqritur

ADDITIO.

a ¶Merita.Vide hic per Alex.qui in aliquibus reprehẽdit hunc Doctorem, & ea quæ hic ſcribit Alex.vide eius conſi.8.iij.lib.& conſi.44.

tur filio,qa tūc ſtipulaṫ ſibi,vt penitus extraneo,cui nullam poſſet
acqrere actionē,d.Raph.refert vnū dictum Bal.in d.§.ſi pactus.qd
multum placet,ꝙ immo multo fortius acquiratur iſto caſu vtilis
actio quia non debet eſſe filius deterioris ꝯdōnis pp merita q̄ im
pendit patri q̄ ſi non impendiſſet pp̄ ſolam filiationē, qa hic con-
currunt filiatio & merita,illud qđ dr̄ in §.ſi pactus.in tex. & glo.ꝙ
non ualet pactum,intellige quo ad directam actionem, ſed bene
valet quo ad vtilem,vt in iurib.ſ.alleg. ¶Quarto & ultimo modo
ſtipulatur pr̄ filio,vt hæredi,& tunc ſi eſt hæres acquiritur ſibi eire
cta,& ille eſt caſus in l.auus.ſ.de pac. Quid autē ſit in dubio, dic ut
no.in d.§.pactus.& hic per Bar. quem vide ī quibuſdam alijs quæ
ipſe tangit,ſed confuſè,quæ melius tibi liquent ex prædictis.

## L E X CXXX.

**Iulianus.** Perſona hæredis promiſſoris in his quæ ꝯ here
des tranſeunt, ſuperuacua adijcitur in ſtipl'one.
Ideo licèt tantum vnus fuerit noīatus, omnes tenentur. h.d.con-
cor.l.eum qui.§.te & Titium.ſ.eo. illa tñ loquitur in ſtipl'one dan-
di,ſed iſta in ſtipulatione faciendi, vel non faciendi, & ſic ex parte
promiſſoris non eſt differētia inter iſtas obligationes, ſecus ex par
te ſtipulatoris,vt ȷ.eo.l.continuus, in fin. & ibi plenè per Barto.de
iſta materia.¶In tex.ibi. (ſi prohibeat.)ſ.ipſe Titius, & idem ſi qui-
libet aliorum prohiberet,aliàs ex prohibitione facta Titio ipſe ſo-
lus teneretur, argu.l.in depoſiti.ſ. depoſiti.

1 *Qui tenetur ad dandum,ſi det adiecto,& euictione non caueat,poteſt cō-
uenìri à principali creditore,ac ſi non reddidiſſet, vt conſequatur cau-
tionem ſi ſua intereſt, quia poſſet ab abiecto repetere, aliàs ſecus.*

2 *Si deficit aliquod ius, an agetur ad illud quod deficit,an ad totum vt illud
quod deficit conſequatur.*

3 *Fundum mihi a te venditum,& pro quo de euictione promiſiſti ſi donaui
Titio, & ab eo euincatur, an potero contra te agere de euictione, &
an ipſe Titius poterit.*

1 **§.Qui fundum.** † Qui tenetur ad dandum, ſi det
adiecto, & de euictione non ca-
ueat, pōt conueniri à principali creditore,ac ſi non reddidiſſet, ut
conſequatur cautionem ſi ſua intereſt, quia poſſet ab adiecto re-
petere,elias ſecus.h.d.¶In tex.ibi.(quamuis Titio traditus ſit.)ſu-
baudi,& ēt dñium tranſlatum ſit,quia tradens erat dñs,& ſic not.
ſinglr,ꝙ ille q tenetur ad dandū,licet det,nō liberatur,niſi de eui-
ctione caueat,qa adhuc poſſet euinci ꝑ hypothecariā, vel ſeruia-
nā actionē,vt l.ſi rē meam.ȷ.de ſol.& hoc ſiue teneaṫ in genere,vt
l.cum quis.§.ſi hoīem.eo.tit.ſiue in ſpē,vt hic,& ꝓbaṫ in l.fi.in fin.
de condi.ob cau.& ſi facit iſta duo,qa dñiū trāſferat, & de euictio
ne caueat, liberatur ab obl'one qua tenebaṫ dare. Et ſi poſtea res
euincaṫ ꝑ hypothecariā,in illam non reincidit,ſed ꝯ eū agiṫ ex cau
tione. Si aūt dat, & non cauet, pōt conueniri ac ſi non dediſſet.ut
hic,& d.l.ſi rem meam,& uide Bar.in d.§. ſi hoīem.in fi. ſed cū qs
tenetur ad tradendū,tunc diſtinguiṫ an in gñe, & idē: an in ſpē, &
tunc aut ex onerosa cā,& idē,ut teneatur cauere de euictione,aut
ex cā lucratiua,& tunc ſecus.Itē no.ꝑ Bart.in l.ſi a ſubſtituto.§.fin.
cum l.ſeq.ſ.de leg.j.ubi oīno vide.¶In tex.ibi. (petere fundū pōt.)
dic non ut ipſum conſequaṫ,cum habeat,ſed vt ꝯſequaṫ cautionē
de qua ſeqṫ,& ſic unum petit,& aliud conſequitur.Sed quare nō
agitur directo ad cautionē omiſſam?Rñdeo qa ꝯctus eſt ſtricti iu
ris,& in eo nō uenit iure actionis, niſi illud qđ in eo fuit deductū,
ſed cautio deducta non fuit, & ſic venit duntaxat officio iudicis
mercenario,qđ per ſe non pōt intentari, ideo conſeruatur actio
ex ſtipl'one ad ipſum fundum,& poterit ſtipulator cautionem cō
ſequi,alias non poſſet,facit l.iij.§.Item Iulianus. de eo quod certo
loco,ſed ſi ꝯctus eſſet bonæfidei vt emptionis, tūc facta tradōne,
& omiſſa cautione ageretur recta via ad ipſam cautionē,quæ ue-
nit iure actionis,vt in l.ex empto.§.fi. de act. emp. & in l.ij.de euic.
2 †Quid ſi deficiat aliud ius,an agatur ad illud qđ deficit, an autē ad
totum,vt illud quod deficit conſequatur?diſtingue vt hic in gl.ſed
plenius dic,ꝙ aut deficit pars quota, & agitur ad illam tm̄, quia in
illa tm̄ durat obl'o & actio.vt ȷ.de ſol.l.ſi ſtipulatus.§.j. aut deficit
pars integralis,vt uſusfructus,& tunc idem, ut agatur ad illud tm̄,
non tñ ex eo,ꝙ in illo tm̄ durat actio & obligatio,imo durat in to
tum,vt ſ.eo.l.ſi ſtipulatus fuero.§.j.in fi. & ibi dixi, & ideo hoc di-
xi per l.ſi non ſortem.§.fi.de condi.indeb.aut non deficit pars quo
ta,vel integralis, ſed aliud ius, & tunc aut eſt tale ꝑ qđ pōt tota res
aduocari, ut quia erat alteri obligata, & tunc ſi eſt ꝯctus ſtricti iu-
ris agit ad totum, ac ſi datio vel tradō facta non fuiſſet, ut d.l.ſi rē
meam,ſ.de ſol,aut bonæfidei,vt emptionis, & tūc ad nihil agitur,
ſed expectatur,ꝙ euincatur.dum tñ cautio fuerit præſtita, nā ſuf-
ficit uēditori rem tradere,& de euictione cauere, vt liberetur ab
obligatione,qua tenetur tradere,licèt res poterit euinci, quia non
poteſt euinci,niſi ſecuta euictione, vt in l.habere licere. de euic. ſi
vero erat tale ius pp quod res tota non poterat euinci, ſed quod
de ſoluto diminuebat, vt quia traditur res deteriorata, uel cū ſer-
uitute cum deberet tradi libera,tunc ſi tradens tenebatur ex ꝯctu
bonæfidei,poteſt conueniri,vt tradat, ac ſi non tradidiſſet, vt con-
ſequatur qđ deficit,vt l.ij.§.ſi reddita.ſ. commo, Idem ſi ſtricti iu-
ris,ſed habebat inſtar bonæfidei,vt l.hmōi.§. ædes. de leg.j. Idem
ſi actio erat arbitraria rōne loci,ut l.iij.§. item Iulia. ſ. de eo qđ cer.
loc. Extra iſtos caſus agitur actione de dolo, uel in factum, vt C.
ad exhib.l.exhibitionis.& ibi vide qđ no. Cyn. & ēt qđ no.in l.ele-
ganter.§.non ſolum.ſ.de dolo.& eſt articulus difficilis, qui tibi pa-
tet per prædicta,vide iſtud quod no.Bart.in l.qui ſibi. ȷ.de ſol. ¶In
tex.tibi. (nam intereſt eius.)ſ.cautionem de euictione præſtari qñ
conſecuturus eſt rem traditam ab ipſo adiecto per adiectionem
mandati,ut ſequitur,& ſic not. Et ad hoc ſemper alleg.ꝙ adiectus
in ſtipl'one ad ſolutionem recipiendam dr̄ procurator ſtipulato-
ris,& tenetur actione mādati rem quam recipit reſtituere,& hoc
eſt uerum ſi præceſſit mandatum,vel fuit pn̄s tpe ſtipl'onis, al's dr̄
neg.geſtor,& per illam actionem pōt compelli ad reſtituendum:
non ergo recipit ad ſuam vtilitatem,& nihilominus nō pōt ſtipu-
lator ipſum reuocare inuito promiſſore, qui cū habeat facultatē
illi ſoluendi ex forma ſtipl'onis,non poteſt ſibi auferri, vt ȷ.de ſol.l.
aliud.ſecus ſi ex poſt mandaretur ꝓmiſſori,ꝙ illi ſolueret: nā poſ-
ſet mandatū reuocare,ut l.fi.eo. tit. & l.ſi cum Cornelius. hæc tñ
uera,niſi fuiſſet ſtipulatus hoc modo mihi aut Titio cui voluero,
qa tunc Titius non eſt proprie adiectus, nec recipit ad vtilitatem
meā,ſed ſuā,vt ſ.eo.l.liber homo.§.fi.ſm intell'm d.Raph.ibidem,
3 qđ dic ut ibi dixi.¶†In tex.ibi. (traditione protinus reū liberari.)&
ſic nō pōt cōueniri a ſtipulatore ad ipm fundum,vt caueat, quia
non intereſt ſibi cauere, cum fundus ſit penes donatariū reman-
ſurus,ēt ſi a donatario euincatur, ut hic coll'r ꝑ qđ determinatur
qō Si mihi vēdidiſti fundū,& de euictione promiſiſti, & ego ipm
fundum donaui Titio, licèt euincatur à Titio, non agam ꝯ te de
euictione,qa non teneor Titio de euictione.al's ſecus, ut ſi dona-
tio incepiſſet a promiſſione ſi ſibi vendidiſſem. Et hoc uoluit glo.
in l.ſi pro re pupilli.§.j. de euict. Nec etiam ipſe donatarius agere
poterit ꝯ te,niſi ego donaſſem ſibi rē cum oībus iuribus, & actio
a nibus mihi competentibus[a] occaſione illius, quo caſu non ego,
ſed ipſe agere poſſet.& recta uia ſibi denunciare, vt ꝓbatur in l.ſi
res.ſ.de euic.Ideo notarij in inſtr̄is ſemper apponunt dicta uerba,
& ēt pinguiora, qđ eſt vtiliſſimum, vt uitetur circuitus, al's cum
ſibi etiam tenear de euictione, non ageret ipſe de directo contra
te,& ego tibi,& contra te.Et tene menti, quia quotidiana ſunt.

### A D D I T I O.

a ¶Competentibus.Quid operetur tranſlatio iurium in donatarium, uide
Franciſc.de Are.conſi.27.Signo. conſi.175.

## L E X CXXXI.

1 *Qui promiſit aliquem tractare vt filium ſub pœna,ipſum emancipare,uel
exhæredare tenetur de iure.*

2 *Barto.cuius ætatis erat quando incepit audire leges, & doctoratus fuit.
Bartolus audiuit leges ſub Cyn.Peruſii.& Bononiæ diſputauit, & repe-
tijt ſub Iacob.Butr.*

3 *Sufficit de facto fieri ad euitationē pœnæ quando non pōt fieri de iure, &
an etiam ſufficiat ad faciendum quem incidere in pœnam.& nu.4.
Quid ad conſequendam actionem.*

4 *Exhæredatio an cadat in extraneos.*

5 *Qui filium adoptatum expulit de domo, vel nihil ſibi reliquit,an dicatur
eum tractare vt filium.*

6 *Quid ſi pater vellet filio dare alimenta extra domum.
Si filius vellet à patre recedere, & vellet ꝙ pater daret ſibi, & familiæ
ſuæ alimenta extra domum,& petat ſibi reſtitui dotem vxoris, an pa
ter cogatur hoc facere.*

7 *Pōt quis ſe obligare alicui ad tractādū aliquē tanquā filium,ēt extraneo,
& an poſſit ſe obligare ad recipiendum eum in filium adoptiuum.
Ciuitas poteſt ſe obligare ad tractandum aliquem, vt ciuem, non tamen ef
ficitur ciuis.*

8 *Pater qui filium emācipauit, vel exhæredat etiam iniuſtè, dicitur ipſum
tractare vt filium.*

9 *Si communitas quæ recepit aliquem fœneratorem, & promiſit eum tra-
ctare vt ciuem, poſtea facit vnam legem ſpecialem contra eum, quòd
non poſſit conuenire ſuos debitores,niſi vſque ad biennium,an videatur
feciſſe contra promiſſa.*

10 *Pater an poſſit filium inuitum emancipare.*

11 *Qui promiſit filium emancipare ſi exhæredat, an incidat in pœnam.*

12 *Ille qui ſuccubuit in principali, non poteſt cum pœna petitur, replicare
quòd iniuſtè ſuccubuit.*

1 **QVidam cum filium.** †Qui promi
ſit aliquē tra-
ctare ut filium ſub poena, ipſum emancipare uel ex-
hæredare tenetur de iure, vt qa datus erat ſibi in ado
ptionem,& ſic cadebat in eo emācipatio,& exhæredatio, ſiue de
facto,ut qa nō erat datus in adoptionē, & ſic nō cadebat. Itē ſiue
iuſtè,ſiue iniuſtè,non vr̄ facere ꝯ ꝓmiſſa: iō nō incidit in pęnam,
niſi ſpecialiter ꝓmiſiſſet ēt iſta nō facere, qa tunc incideret ſi face-
re ſine iuſta cauſa,ſi uerò expellit ipſum de domo,uel in teſtamen
to prætereat,tunc ur̄ contra ſtipulationem facere, & in poenā in-
cidit,ſiue illum adoptauerat, ſiue non.h.d.iſta mirabilis lex, cuius
caſus

2 caſus alibi non reperitur,& refert Bart.† ꝙ quidã frater Pet. de Aſſi-
ſio,qui docuit ipſum gramaticalia poſtea cõſtruxit quendam lo-
cum pium Venetijs,qui vocabatur locus Pietatis vbi recipiunt in
fantes expoſiti,ꝙ ipſe multos de illis infantibus poſtq̃ creuerãt tra
didit diuerſis perſonis cum publico inſtr̃o, ꝙ deberent eos tracta
re vt filios, & non aliter: vñ ipſe quærit de pluribus q̃õnibus circa
hoc,qualiter dicantur tractari,vt filij, & qual'r non, & hic ſumpta
occaſione narrat quo anno ſuę ętatis incępit audire leges.ſ.xiij.
ann.ſ.ſub d.Cy.Peruſij.& in xx.ann.Bononiæ ſub Iac. But.diſputa
uit & repetijt.& in xxj.doctoratus eſt. & tanquam gratus filius ñ
ſaturatur bonum dicere de illo magiſtro, qui talem eum reddidit
dicens ꝙ cum de illo loquebatur lachrimæ abundabant. Diuidi-
tur hæc l.in quatuor partes vſque ad §. fi. nam primò format tres
q̃õnes vſque ad §.(rñdetur.) quarum duæ ſunt de illo qui in ado-
ptionem non recepit,& tertia eſt de illo qui recepit in adoptionẽ,
& in primis duabus non exhæredauit,nec emancipauit,qa inepta
ſunt illa in penitus extraneo,in tertia verò emancipauit,vel exhęre
dauit.Scđo anteq̃ ſoluat p̃mittit duo ad euidentiam, ex qbus col-
ligitur ſol.ij.q.vſque ibi.(ſed videamus.)Tertio ſoluit tertiam quæ
ſtionẽ vſque ibi. (in eo autẽ.) Quarto ſoluit primam,& ſic rema-
nent oẽs ſolutæ. Itẽ illa tertia pars ſubdiuiditur, qa primo ponitur
ſol'o q̃õnis ꝓ parte negatiua, ꝙ nõ incidit in pęnam, qa non facit
ꝯ promiſſa vſque ibi.(ergo.)Scđo circa dictam ſol'onem declarat
vnũ dubium vſque ibi.(quare ſic debuit.)Tertio dat cõſiliũ qual'r
debeat concipi ſtipl'o ad hoc vt exhæredando, vel emancipando
incidat in pęnam vſque ibi.(quo tñ caſu.) Quarto circa dictũ cõſi
lium mouet & ſoluit vnũ,vel duo dubia.¶In tex.ibi.(an ſtipl'o cõ
mittatur.)Dic iſta q.j.ſoluitur ).ver.(in eo autem.) ꝙ ſic,qa nõ de
buit ipſum expellere, & præterire ſi volebat pœnam euadere, qa
ſic faciẽdo nõ tractat eũ vt filiũ, ſed debuit ipſum exhæredare, vel
emancipare,& licèt iſti actus eſſent inepti in ꝑſonã penitus extra-
nei,qñ emãcipatio eſt liberatio à patria ptãte, & ille nõ erat ĩ eius
ptãte.Et exhæredatio eſt priuatio ab hæreditate debita, & huic nõ
erat debita,quia non erat filius, & ſic non operant̃ iſti actus illud
ad qđ principal'r ſunt inducti, ſi tñ iſte eos exercuiſſet erga illũ, ſic
de facto feciſſent illum non incidere in pœnam,quia videret̃ vſus
patrio iure erga illum, cum parentes talib.actibus vtantur erga fi
3 lios.& h.d.in illo ver.in effectu. † Et ſic not.& ad hoc alleg. ꝙ ſuffi-
cit de facto fieri ad euitationem pœnæ qñ non põt fieri, & ſic ẽt
ſufficit ad conſequendam actionem,ut in l.mulier.§.j.ſ.de ꝯd.inſti.
An autẽ ſufficiat de facto fieri ad faciendum quẽ incidere in pœ-
nam,dic vt ). eo. l.continuus.§.cum quis. & l.vbi pactum. in fi.C.
4 de tranſa.¶† Itẽ no.ꝙ exhæredatio non cadit in extraneꝫ, hoc eſt
verũ qñ erat penitus extraneus,ſecus ſi nõ penitus, vt filius eman
cipatus,q licèt ſit extraneus, tñ põt exhr̃dari eo reſpectu quo ſibi
debetur hr̃ditas de iure p̃torio,vt l.non putauit.§. nõ quæ vis.ſ.de
ꝯ tab.Item ſi extraneus eſſet inſtitutus adhuc caderet in eũ exhęre
datio largo ſumpto vocabulo.i.priuatio ab hæreditate nõ tñ debi
ta,in qua propriè cadit exhæredatio,vt in l.paterfam.ſ.de hęr.inſti.
& l.ſi eodem.de teſt.mili.¶In tex.ibi, in fi.vbi rñdetur ad hanc pri-
mam q̃õ. Not. ꝙ qui tenetur ſub pœna aliquid facere qđ de iure
fieri non põt,debet illud facere de facto ad hoc vt in pœnam non
incidat.Sed ꝯ,qa qđ non põt fieri de iure vr̃ impoſſibile,cũ impoſ
ſibilitas dicatur non ſolum ſ'm nãm,ſed etiam de iure, vt ſ.eo.l.ge
neraliter. & hoc plenè hr̃ in l.j ſ.de ꝯd. inſt. ergo nõ cadit in pœnã
ſi illud facit vt ſ.eo.l.ſi homo mortuus.Sol. ſ'm Dyn.illud qñ non
põt fieri de iure,quia ius reſiſtit, & reprobat,ſecus ſi non reꝓbat
neque reſiſtit,licèt nõ aſſiſtat,vt hic qđ Bar.dicit eſſe no.¶Sed q̃ro
5 iſte primus caſus loq̃t in eo qui non adoptauit.† Quid ſi adopta-
uit,& illum filiũ adoptatũ expulit de domo, vel nihil ſibi reliquit.
Iſte caſus non ponitur in hoc tex. ſed ſolũ qñ ipſum exhæredauit,
vel emancipauit.Dic br̃ ꝙ ſi expulit ipſum de domo,idem in eo q
non adoptauit,quia tractat ipſum vt filiũ,ſed ſi nihil reliquit, aut fe
cit teſtm̃,& ipſum pręterijt,& idem,quia parẽtes nõ p̃terire,ſed in
ſtituere,uel exhæredare filios debent, vt l.inter cætera.de liber. &
poſth.aut exhæredauit,& ille caſus determinatur in tex.ĩ uer.(ſed
uideamus.)ꝙ non incidit in pęnam cũ utatur patrio iure,vt in fin.
aut teſtm̃ non fecit,& tunc ſil'r in pœnam non incidit,quia ille ſuc
cedit ab inteſtato vna cum alijs ſi quos hẽt, & tacitè vr̃ ſibi reliq̃ſ-
ſe,vt l.ſi quis cum nullum.de iure cod.ſed qñ nõ eſt adoptatus ab
inteſt.non admittitur ad ſucceſſionem, ideo pœna cõmittit̃ tunc
ſicut ſi foret in teſtamento p̃teritus, & in hoc differunt iſti caſus,
non alij de quibus ſ.Sed an ſtatim,ꝙ fecit teſtm̃,& præterijt, pęna
ſit commiſſa? cum poterit adhuc teſtm̃ mutare, & inſtituere,uel
exhæredare.hoc tñ tangitur per gl.vel Docto.puto ꝙ non,ſed ita
demum,ſi cum illo teſtamento decedat, & ſic cõmittitur ꝯ hære-
6 des.† No.ergo ex p̃dictis, ꝙ pater non põt filiũ de domo expelle-
re,ẽt ſi vellet ſibi dare alimenta extra domũ, & recipere dotẽ vxo
ris,quia fortè hẽt nouercam quæ ſtat in continua rixa cũ illo ſ'm
Ang.& poſſet implorare iudicis officium, vt pater compellatur
ipſum retinere, niſi fortè iudici videatur ꝯrium pro bono pacis,
& familiæ,& hoc addit do.Raph. quod placet, arg.l.æquiſſimum.
ſ.de vſufr.Sic ꝯ ſi filius vellet a patre recedere, & ꝙ daret alimẽta
extra domum ſibi & vxori, & familiæ ſuæ, & petierit ſibi reſtitui
dotem uxoris,prout ego vidi alias de facto Senis, non cogitur pr̃
hoc facere,ſed poterit retinere dotem,& offerre ſe velle ſuſtinere
onera matrimonij ipſius filij,niſi pater emancipaſſet ipſum uolen
tem,quia inuitus regulariter non cogitur emancipationem reci-
pere, vt in Auth.qb.mod.nat.effi.ſui.§.& gñaliter.nã tunc poſſet,
& patrem compellere ad reſtituẽdum dotem vxoris, & ita deter-
minauit Cyn.& Bal.in l.ij.C.fam.ercif.Idem ſi non emancipaſſet,
a ſed de ſui voluntate filius [a] receſſiſſet, arg.eius quod not.glo.in l.ſi
longius.§.ſi filius.in fi.mag.glo.ſ.de iudi.& ita determinat Bald. &
Ang.in l.ſi cum dotem.in prin.ſ.ſol. mat. Et ex his eſt expeditus il-
le primus caſus una cum vltima parte huius l.in ver.(in eo.)ſ'm in-
tellectum Azo poſitũ in gl.magna uer.{uel verius.} qui cõiter te-
netur per Doc.reiectis alijs de quibus in glo. quæ non conueniũt
literæ.¶In tex.ibi, (& quid interſit.) dic ad iſtam ſecũdam q̃õnem
non vr̃ Iuriſconſultus rñdere.glo. tñ & Doct. dicunt ꝙ colligitur
in verſic.{rñdetur ſtipulatio &c.} quod tñ non placet ſi bene cõſi
deretur.Videbatur autem referre an iſte qui tradebatur eſſet filius
alumnus,uel cognatus tradentis,vt tunc valeat ſtipulatio propter
intereſſe actionis fundatæ in iure nãli, an eſſet penitus extraneus,
& tunc non ualeret,quaſi ſtipulatoris non interſit niſi ex volunta
ria affectione.Sed contra,dic ꝙ etiam hoc caſu valet,cum in pœ-
nis non inſpiciatur intereſſe ſtipulatoris, & quia in præcedenti ca-
ſu,non ideo valet ꝙ interſit ſua rõne affectionis,cum illa non cõ-
ſideretur in ꝯctibus ſtricti iuris, ſed duntaxat bonæfidei, ut l.cum
ſeruus.ſ.man.ſed valet quia ius nõ repugnat,nec eſt ꝯ bonos mo
7 res.† Et ſic not.ꝙ poteſt quis ſe obligare alicui ad tractandum ali
quem tanquam filium etiam extraneo,non ſolum illi quem pro-
mittit tractare vt filium,non ſic vr̃ ꝙ poterit ſe obligare ad recipiẽ
dum eum in filium adoptiuum,vt in l.adoptiuum. & l.vxorem.§.
hæres.de leg.iij. quia plus tũc aſtringeretur ꝑꝑ patriam poteſtatẽ:
ſed ſi ſponte ipſum adoptat, bene põt ſe obligare ad tractandum
eum vt filium,nam & ſic facere tenetur,licèt ſe non obligaret, qa
ius ipſum obligat,& hoc hr̃ in ſeq.verſ.ſic & ciuitas poteſt ſe obli-
gare ad tractandum aliquẽ vt ciuẽ,non tñ per hoc efficitur ciuis,
cum aliud ſit eſſe ciuẽ,aliud dr̃ tractari ut ciuem, vt no.in l.ſi ma-
8 ritus. ).de adult.per Bart.hic in uerſi. {ſed videamus.} ¶ † Not.pri-
mo mirabiliter ex hoc tex.ꝙ pr̃ qui filium emancipat, vel exhære
dat ẽt iniuſtè,dr̃ ipſum tractare vt filium & non aliter,& ſic nõ in-
cidet in pœnam promiſſam, qa non uenit ꝯ promiſſionem,& ꝙ
loquatur ẽt cum iniuſtè,patet in verſi.(ergo exhæredatus.} ubi dr̃
quòd datur ſibi querela, ſed iſtud vr̃ falſum, licet.n.parentes con-
ſueuerint filium exhęredare, non tñ debent exhæredare iniuſtè,
qđ patet, quia teſtm̃ ſubiacet querelæ:ſi ergo exhæredat iniuſtè,
vr̃ pœna cõmitti,quaſi videatur habitus reſpectus ad id qđ paren
tes facere debent,non ad id qđ de facto faciunt, arg. eius qđ not.
ſ.ad Maced.l.ſed Iulianus.§. qđ dr̃.in glo. quid ergo. & l.inter oẽs.
§.rectè. ).de fur.ubi exponitur ſolet.i.ſolere debet. Et quod not.in
l.iij.§.j.de adi.leg.Præterea ſi promitteret expreſſè non exhæreda-
re,intelligeretur de exhæredatione iniuſta, nõ de iuſta, vt ).in ver.
(quare.)cum gl.ibi poſita, ergo idem vr̃ qñ gñaliter promittit tra-
ctare,vt filium,& tñ iſte tex.ponit dñam inter iſtos caſus. ꝑꝑ hoc
ſi liceret dicere,ꝙ determinatio Iuriſconſulti non fuerit ęqua nec
bona, ſed debuerit facere dñam an iuſte exhæredet, & non inci-
dat in pœnã,ſiue ꝓmiſerit expreſſè exhæredare,ſiue duntaxat tra
ctare vt filium,an iniuſtè,& tunc nõ tractat vt filiũ, qa cũ nõ facit
qđ dẽt,incidit in pœnã, ẽt ſi duntaxat promiſit tractare vt filium,
ſicut cum promiſit non exhæredare. Doc. hanc difficultatem nõ
9 tangunt,nec a tex.poſſumus recedere.† Et Bar. dicit per illum tex.
rñdiſſe,cum quædã cõitas recepiſſet quendam fęneratorem,ſicut
recipiuntur iudæi,vt fęnerentur, & promiſit ei tractare eum vt ci
uẽ.poſtea fecit vnã legẽ ſpecialẽ ꝯ eũ,ꝙ nõ poſſet conuenire ſuos
debitores vſque ad biennium, vtrum videatur feciſſe ꝯ ꝓmiſſa? di
cit ꝙ non,quia cõitas ꝯſueuit, & hoc põt facere ꝯ originarios ci-
ues.l.inducendo ꝯ eos tꝑalem exceptionem non perpetuam,ut l.
quoties.de precib. imper. offere. licèt non ſubeſſet aliqua iuſta cã
quare hoc fecerit,& licèt facilius fecerit ꝯ eũ,quaſi uериſimile ipſã
feciſſet ꝯ proprios ciues.Sed ſi promiſiſſet ipſum tractare vt alios
ciues, tunc ſi talem.l.non fecit contra alios, ſimiliter nec ꝯ iſtum
facere debet Eodem modo in caſu huius l.ſi iſte adoptator habe-
bat alios filios, quos non emancipauit vel exhæredauit, adhuc ſi
promiſit dumtaxat iſtum tractare,vt filium,non propterea facit ꝯ
promiſſa emãcipãdo vel exhr̃dãdo, ſecus ſi ꝓmiſiſſet ipm tracta-
re vt alios filios,quod not.qa multũ declarat intellectũ huius ver.
Similiter ſi ipſum non indueret ita benè vt alios filios,non dicere-
tur feciſſe cõtra ꝓmiſſa, niſi ꝓmiſiſſet ipſum tractare ſicut alios,
nam hoc facere poteſt licite in perſona vnius de filijs, ergo in per-
10 ſona iſtius. ¶ † Item not. in verſic. (vel emancipauerit.) quòd pa-
ter

ADDITIO.

a ¶Filius receſſiſſet. In hoc arti. in facto conſuluit Pet. de Anch. conſ. 328. ideo ibi vide Alex.

a ter pōt filiū inuitum emancipare.[a] & ſic malè dicit gl. in §. gñali-
ter.s̃.alleg.& Inſt.quib.mo.ius pat.pot.ſol.& l.non pōt.de adop.ꝙ
licèt in quibuſdam caſibus pater cogatur emancipare filium, nō
ſic reperitur ꝯ,ꝙ filius cogatur recipere emancipationē,nam imò
cogitur ſubſiſtere iuſta cā,& tetigi s̃.eo.l.utrum. vt ſi erat rixoſus,
& poterat ponere in periculo.¶Sed opp. fortiter, ſi iſte filius fuit
emancipatus ex iuſta cā,pr̃ nō incidit in pœnam:iſtā opp.facit do.
Raph.ſed fruſtra,qa hic non dr̃,ꝙ cadat in pęnam, imò dr̃ ꝯrium,
ꝙ non incidat,ſi expreſſè non promiſit nō emancipare,ſed ſi pro-
miſiſſet bñ diſtingueretur ex iuſta cauſa, uel non, vt ſupra in uer.
11 (quare.)¶†In tex.ibi,in ver.(quæro.)No. ꝙ qui promiſit filium nō
exhæredare,ſi exhæredat incidit in pœnam. & gl. dicit,ꝙ iſtud eſt
uerū ſi exhæredat iniuſtè,ſecus ſi iuſtè, quia non cenſetur ſe obli-
gaſſe de nō exhæredādo illū,qui meretur, ne detur materia illi de-
linquendi ꝯ patrē,& illum tex.inducit Dy.ſi aliquis promiſit pare-
re ſnīæ arbitri,& nō petere eam reduci ad arbitriū boni viri,intellr̃
ſi laudum fuerit ęquum,non ſi iniquū,ne detur arbitro mã delin-
quendi,& ſic nō obſtante ꝓmiſſione poterit petere reduci, ſed ex
futuro euentu apparebit,an bene petierit,vel male, qa ſi pronūcia
bitur laudum iniquū,bene petijt,& in pœnam non incidit per iſtā
glo.ſi æquum,male petijt,& in pęnam incidit,niſi habuerit iuſtam,
cām petendi,& ita cōſuluit Dy.in ꝯſi.qđ incipit, Ptholomeus ma
12 nentis.& ꝑ ipſum in c.ſcienti.de reg.iur.lib.vj.¶† An autē cū pœna
petitur,poterit dicere malè fuiſſe pronunciatum, quia re vera erat
iniuſtum?dic vt dixi in l.qui Romæ.§.duo fratres.s̃.eo. Iſte tñ text.
dum ibi ſubdit in ver. (& an victo.) vr̃ ꝯ intellm gl.quia dicit,ꝙ fi-
lius victus in quærela,& ſic vr̃ fuiſſe iuſtè exhæredatus, cū p̃ſuma
tur ꝓ ſnīa,& tñ uult,ꝙ iſte pr̃ in pœnam inciderit, poſtq̃ promiſit
expreſſè ipſum nō exhæredare, ſed dic ſm Iac.de Are. quē alij ſe-
quunt̃,ꝙ ſuccubuit ꝑ iniuriā iudicis, qa iniuſtè erat exhr̃datus, &
de iſta iniuſtitia poterit doceri cū pœna petit̃. Sed ꝯ de §. duo fra-
tres.Sol.& tene menti ꝑpetuo,ille qui ſuccubuit in principali,nō p̃t
cū pœna petitur replicare, ꝙ iniuſtè ſuccubuit, qa ſnīa ſibi nocet,
& hr̃ pro ueritate,quo ad eū,& ita loquit̃ ibi,ſed alius qui non ſuc
cubuit,cui ſnīa p̃iudiciū nō facit, nō prohibetur allegare de ipſius
iniuſtitia.Et ita loqr̃ hic,qa filius ſuccubuit,& pr̃ ſuus nālis cui pro
miſſio facta erat de pęna agit ad ipſam.Et idem ꝯ ageret ipſe filius
tanq̃ hr̃s ipſius pr̃is nālis,vt ſi alleget̃ ſnīa ꝑ quā apparet patrē iuſtè
exhæredaſſe, poterit allegari ꝑ modū replicationis,ꝙ illa ſnīa fuit
iniuſta,& ꝓbari,qa agit ex diuerſa cā, & ad rē diuerſam, qđ ꝑpe-
tuò tene menti, & iō in cā euictionis ſi lata eſſet ſnīa ꝯ emptorem
quæ non pręiudicaret venditori, quia non fuit ſibi denunciatum,
& ſi ageretur de euictione,poſſet allegari ꝑ vēditorem,ꝙ illa ſnīa
b fuit iniuſta,[b] & ſibi non præiudicat, quod tene menti perpetuo.

ADDITIONES.

a ¶Emancipare.Adde uidendum Fran.Curt.conſi.4.& conſi.73.
b ¶Iniuſta.In hoc arti.vide Ang.conſi.278.

§.Si filiusfamilias. In cōditione poteſtatiua quo ad acqſitionem inſpicitur tēpus conditionis exiſtentis,non tp̃s ſtipl'onis. h.d.Rō eſt, quia non trahitur retro,ſecus in caſuali,ut s̃.eo.l.ſi filius.¶In tex.ibi,{q quantam pecuniam Titio credidero.} Illa uerba faciunt cōditionem.ſ. ſi credidero, quia relatiuum quantitatis vr̃ facere ſicut relatiuum ſubſtantiæ,ut l.ſi Titius.de leg.ij. ¶Et iſta cōditio fuit impleta poſt emancipationem,intellige autem qñ conditio pendebat ex poteſtate debitoris, ut erat hic, nam iſte promiſſor non cogebatur in pecuniam recipere ſi nolebat, & ſic erat in ſua ptāte incidere, uel non incidere in obligationem,merito cum recipit, incidit, & non fingitur retro incidiſſe,ſecus ſi non erat in ſua poteſtate, ſed creditoris,vt ſi promiſiſti mihi centum ſi aſcendam capitolium, nam non eſt in tua poteſtate in obligationē non incidere, ſed in mea,iō qñcunque aſcendero retro fingis obligatus, ſicut ſi eſſet ꝯdō caſualis,ita declarat gl.in clem.ij.de cōceſ.præb.in glo.mag.quæ melius declarat ll.loquentes de hac mã, q̃ aliqua alia de iure ciuili, vt eſt l.fi.quæ res pig.obli.poſſ.& l.j.ſupra qui pot.in pig.hab. qđ not. pro intellectu l.potior.& l.qui balneum.eo.tit.& ſic primo caſu ſi ante numerationem obligaſſes bona tua alteri,ille præferret̃ mihi, ſed ultimo caſu poſt promiſſionem, & ante aſcenſum obligaſſet alteri, debeo præferri illi, hic non ſunt alia.

## LEX CXXXII.

1 *Stipulatio ſemel commiſſa ad intereſſe poteſt iterum committi,ſi factum erat reiterabile niſi fuerit expreſſe actum contrarium.*
2 *Qui promittit pro ſe,an videatur etiam promittere pro hærede.*

1 SI ſic ſtipulatus. †Stipl'o ſemel cōmiſſa ad intereſſe pōt iterum committi, ſi factū erat reiterabile, niſi fuerit expreſſe actum ꝯrium.h. d. in effectu. Primo ponit dictū vſq; ibi.{nam & ex ipſius.} Poſtea probat per rōnem uſque ibi. {nam ſicut.}Tertio illam rōnem oñdit per aliam rōnem vſque ibi, (aut ſi ſic.)Quarto ꝑ reductionem abſurdum vſq; ibi, (ergo.) Quinto ponit quid iuris si fuerit ꝯrium actum, vſque in finem ibi.(qđ non eſt uerum.)Ibi dicit,ꝙ qñ non apparet ꝯrium eſſe actum,non cōfunditur ex una uiolentia. Et intellige ꝙ pluries committatur etiā ad intereſſe totale,ſed ſi factum non eſt reiterabile bene pōt committi pluries,primo ad particulare,poſtea ad totale, vt s̃.eo.l.ſtipulationes non diuiduntur.§.fi.& l.exiſtimo.§.fi. Et in totali computabitur particulare,ut no.in l.ex empto.§.fi.de act.emp. ſed ad intereſſe totale non poterit pluries cōmitti,vt in l.ſi procurator.ꝟ.rem rat.hab.Sed ſi ſemel eſt commiſſa ad pęnam, an iterum ad eandē pęnam cōmittatur? dic ꝙ non, ſi erat mera pęna.i.appoſita loco contemptus,niſi fuerit expreſſe actum ꝯrium,ut l.ſi duo.§.fi.s̃.de po.ſed ſi loco intereſſe,poterit iterū cōmitti quatenus intereſſe pęnam excedit,vt in l.prædia.de act.emp.Si autē q̃ritur an ſemel cōmiſſa ad id,qđ deuenit principlr̃ in ſtipl'onem,iterū ad idem committat̃,dic ꝙ non,vt s̃.eo.l.ſi qs ita ſtipuletur à me ſi nauis.& l.cum quærebatur.s̃.iudi.ſolui.& l.venditor.de hær. ven.Et per hæc ſunt expedita ꝯria,quæ tanguntur in mag.gl.primum autē tendit ad declarationem literæ, cuius intellectus patet ex diuiſione,quam feci.
2 ¶†Vltimo eſt hic vna gl.ſuper uerbo(hæredis.) quæ dicit,ꝙ hic ēt ſi non fuiſſet facta mētio hæredis ueniret factum hæredis, qa qui promittit pro ſe,vr̃ promittere ēt pro hærede ſuo, qđ eſt ꝯ determinationem Petri,qui tenuit,ꝙ in ꝓmiſſione facti negatiui, ut ſi promittis pro te nō fieri,nō uenit ꝑſona hr̃dis, niſi fuerit dictum expreſſe.vt no.Cyn.expreſſe.in l.veteris.C.eo.titu.& hinc ſumpta occaſione Bart. examinat hic illum paſſum multum plene, an ueniat perſona hæredis tam ex parte ſtipulatoris,q̃ ex parte ꝓmiſſoris,recitando opi.de quibus per Cy.in d.l.veteris. de quo etiam in l.iuriſgentium.§.pactorum.ſupra de pac.dic vt hic per Bar. &c.

## LEX CXXXIII.

1 *Stipulatio pęnalis per quam reſtringitur libertas matrimonij contrahendi,uel contracti,non valet ipſo iure,tanquam contra bonos mores.*
2 *Non debet quis compelli,nec induci ad matrimonium contrahendum, vel ad perſiſtendum in eo metu pœnæ conuentionalis, & quid in matrimonio ſpirituali.& nu.3.*
3 *Quid ſi inducatur ſub ſpe pręmij.*
4 *Quid ſi dedit arrhas.*

1 TItia quæ. †Stipl'o pœnalis per quam reſtringitur libertas matrimonij contrahendi,uel ꝯcti, non ualet ipſo iure, tanq̃ ꝯ bonos mores.
2 h.d. † & alleg. ꝙ non debet quis compelli uel induci ad matrimonium contrahendum,uel ad perſiſtēdum in eo metu pœnæ conuentionalis, quia ſufficiunt pœnæ legales, ut ſupra eo. ſi ita ſtipl'o facta. quæ ſunt de perdendo dotem, vel donationem ante nuptias ſi ſine iuſta cauſa diuertat, vt l.conſenſu. C.de repud. uel perditio arrharum ſi ſine cauſa recuſat ꝯhere, uel teſtamento eorundē cū duplo vel quadruplo in eo qui recipit, ſi ſine iuſta
1 cā recuſat,vt in l.fi.C.de ſpōſa.¶†In tex.ibi.(ſi quis eorum nuptijs impedimento fuiſſet.) dic certè ſi non fuiſſent alia uerba quā iſta, non dr̃,ꝙ iſta ſtipl'o debeat reprobari, tanquam ꝯ bonos mores, quia non arctatur promiſſor ad faciendum filiam cōtrahere matrimonium,ſed non ad impediendum ipſam ꝯhere ſi ſpontè ꝯhere uoluit,dic ergo, ꝙ promiſit ſe facturum, & curaturum, ꝙ filia ſua ꝯheret, & ꝙ fuit interpellatus ipſo uiuente, uel dic,ꝙ ipſe non fuit in mora,ſed hæres eius, qui non fecit nec curauit, nam si promiſſio teneret,ēt hæres obligaretur,& incideret in pœnam si eſſet in mora. ¶In tex.ibi,(exceptionem doli.)dic iſta eſt exceptio facti ſeu intētionis, quia ſtipl'o eſt nulla ipſo iure,sicut ſupra eo. l.ſtipl'o hoc modo. ¶In tex.ibi,)matrimonia obſtringi.(ſed contra,qa iſta promiſſio non fuit facta per filiam iſtius Caij Seij, ſed per patrem, & sic non arctabatur, ſed dic ꝙ immo uidebatur arctari,nam si ualeret timore ne pater incideret in pęnam, induceretur ad contrahendum contra ſuam voluntatem,& idem ſi alius eius attinēs uel intimus amicus promiſiſſet, arg. in l.hæres meus.§. fi.de cōdi. & dem.ſecus ſi penitus extraneus,de quo veriſilr̃ nō habet curare an incidat in pęnam,& ita intellige gl. quæ cōtracta. dum dicit,
3 (ſed an inter extraneos.)& no.in fi.ſupra eo.l.ſi plagij.¶ † In glo.in ver.)obſtaturam.(oppo.de l.Titio.§.j.de cond. & dem. Sol.metu pœnæ non debet quis induci ad matrimonium contrahendum, ut hic,ſed ſub ſpe pręmij ſic, vt ibi, & ſic ſi legatur, vel promittitur alicui ſub conditione,ſi matrimonium cōtraxerit cum tali, debet illa conditio impleri,ad hoc ut cōſequatur iſtud commodum, & ſic non reijcitur tanquam contra bonos mores,ut ibi.& l.vter ex fratribus.de condi.inſt.hoc tñ uerum qñ promiſſio fit a tertio, ſecus ſi ab altero ex coniugibus, vt promitto tibi ſi mihi nupſeris, quia non valet promiſſio,vt ſupra eo.l.ſi ita ſtipulatus fuero.§.fin. quod tñ dic ut ibi.Item eſt uerum in matrimonio carnali,ſecus in ſpirituali.Ad qđ etiam ſub ſpe præmij non debet quis induci, ut ſi fiat promiſſio Abbati de aliquo dādo, ſi receperit talem in monachum, vel monialem,quia eſſet ſimonia, ut in c.nimis.de ſimo. & per Bar.in l.vxorem.§.hæres.de leg.iij.& in d.l. Titio.§.j. Similiter ad inſtituēdum quem hæredem non ſolum metu pœnæ,ſed nec ſpe præmij debet induci,qa eſſe diſpō captatoria,vt l.illæ inſtitutiones.de hæred.inſti. & l.j.de his quæ pro non ſcri.hñr.& quod not.

in l.

4 in l.cum donationis.C.de tranſa.¶†In ſeq.glo.ibi,(& hoc exceptis
arris.)ſuper hoc argu.de arris.Bar.tangit aliqua,quibus Ange. hic.
& etiam Bal.alibi ꝯdicunt.& inter alia,quia l.ſi.C.de ſponſa.loqui-
tur qñ conſtat de vera numeratione arrarum aliter q̃ per confeſ-
ſionem patris. Quid ſi aliter non conſtat, puta vir confeſſus eſt ſe
recepiſſe centum noı̄e arrarum,poſtea non vult cum illa ꝯhere,il-
la petit arras duplicatas,vel triplicatas,ſi fuerunt promiſſæ. Vir rñ-
dit,ꝙ re vera nunq̃ aliquid recepit, licèt fuerit confeſſus. Contra-
a rium dicit Bar.ꝙ iſta confeſſio probat [a] ꝯ eum, & ſic ſi non rece-
pit habebit dupliciter damnum, quia ſoluit cētum acſi recepiſſet,
& ultra hoc etiam alia centum loco pęnæ. Ang.ꝯ per tex. illius l.q.
loquit̃.de arris verè receptis,& ēt dicit,ꝙ extra diffinitionē ipſius l.
non debet pati aliam pœnam, ſed in caſu iſto pateretur duplicem
pœnam, & illa vult ꝙ non patiatur niſi vnam.ſ.de duplo. Item qa
iſta confeſſio fit inter perſonas ſuſpectas, quia l.prohibet inter ue-
nire pœnam,& iſta confeſſio poſſet fieri in fraudem legis,vt ſi cō
fiteatur recepiſſe arram loco pœnæ,ad hoc l.qui teſtamētum. de
probatio.& l.cum quis.§.Titia.de leg.iij.ſed Bald.in l.ij.C.quando
liceat ab emp.diſce.videtur tenere idem quod Barto. ꝙ confeſſio
probet numerationem,& reprobat Bar.in ſequen.quęſ.dicens ꝙ
ſomniauit.Et inhoneſte loquitur ſalua pace.mihi plus placet opin.
Ang.idem dicit Bar.ſecundo,ꝙ iſta pęna perditionis arrarum, vel
dupli aut quadrupli, non debet tranſcendere quantitatem dotis,
vel donationis propter nuptias, quæ perduntur ſi fiat diuortium
ſine cauſa,quia non eſt dicendum, ꝙ in plus debeat puniri qui re-
cedit a ſponſalibus de futuro, q̃ qui recedit à matrimonio iã con
tracto.Ang.contra,quia illa l.fin. non taxat aliquam quantitatem,
vnde quantuncunque arra ſit magna, & duplum, vel quadruplũ
tranſcenderet dotem, pōt iſtam pœnam pati,qui recuſat, & ſuffi-
cit ita ſtatutum eſſe.Tertio dicit Bar.hic,ꝙ ſi ambo ſpōſi cōfitean-
tur inuicem recepiſſet arras,puta centum alter ab altero,ꝙ iſta cō
feſſio præſumitur fraudulenta, arg. l.qui ſic. de ſolu.& ēt ſi re vera
alter alteri tradidiſſet, haberetur traditio pro non facta, per illam
l.qui ſic.& ſic nullam pœnam incurreret recuſans ꝯhere, acſi nul-
la arra data fuiſſet, quo caſu nullam pœnam patiuntur, vt d.l.ſi.de
ſponſ.niſi fortè periurij ſi iuraſſent, vt in c.iurauit.de ſponſ. in hoc
Bal.in d.l.ſi.dicit Bar.ſomniaſſe.ꝙ immo confeſſio probat,& ſic q
recuſat ꝯhere duplicem pœnam patietur, quia reſtituet qđ cōfeſ-
ſus eſt ſe recepiſſe, cum nō receperit, vel poſito ꝙ receperit eodē
inſtanti reſtituit,& ultra hoc ſoluit ēt duplum.Ego habui iſtum ca
ſum de facto,quia quotidianus eſt, & tenui opin.Bart.quę verior
eſt,& in mente cuiuslibet diſcreti hoı̄s cadere debet, cætera uide
hic per ipſum Barto.& quia tenendo opi. Barto. quia patiatur du-
plicē pęnam,eſſet ꝯ illam l. ſi.q̃ vult ꝙ extra diffinitionē ipſius nul-
lã pœnã pati debeat.Dicit ēt quarto Bar.vnũ aliud,ꝙ illa l.ſi.nō ha-
bet locum ſi loco arrarum traderetur aliqua ſpecies, quia ſpecies
non duplicatur,ut in l.Lucius.§.impuberem.de leg.ij. certè ſi Bar.
intellexit,ꝙ ille qui dedit ſpeciē recuſet ꝯhere, & non perdat illam
ſpeciem,non bene loquitur,quia pœna perditionis ei qđ datũ eſt,
ita cadit in ſpecie,ſicut in quantitate:ſed ſi intellexit, ꝙ ille qui rece-
pit ſi recuſat contrahere ſolum reſtituat ſpeciem,& non duplum,
dictum eius habet colorem, tamen Bal. adhuc tenet contrarium
in d.l.fin.quia poterit ſolui pro duplo ęſtimatio illius ſpeciei, & ſic
bene cadit, arg.ad hoc infra de noua.l.fundum eorum.

ADDITIO.

a ¶Confeſſio probat.Vide Feder.de Senis conſi.169.& 194.ubi ponit qua-
liter ſe defendere debet ille qui confeſſus eſt arras recepiſſe,& in prædi-
cta materia arrarum vide Socin.conſi.77.

---

1 *Repetitio quæ hēt vitiare, nunquam ſubintelligitur, & qd in relatione.*

§.Idem reſpondeo. † Dicta in præcedentibus
cēſentur repetita in ſequē
tibus,niſi repetitio vitiaret ſequētia.h.d. & ſemper allegat̃. ¶Opp.
de l.ita ſtipulatus.in prin.ſupra eo.Sol. hic illa quæ fuerunt dicta in
præfationibus fuerunt ſpecificata,puta ꝙ promitterent mihi cen-
tum modios frumēti de tali loco,& hoc in præſentia teſtium, ſed
poſtea notarius cum recepit inſtr̃m non fecit mentionem de illo
loco,ſed in contrario dicta in præcedentibus non fuerant ſpecifi-
cata, & ſic ratione incertitudinis non cenſentur repetita, ſed po-
tius per errorem omiſſa, & vitiatur ſtipulatio. Item hoc quando
incontinenti ſecuta eſt ſtipulatio,al s cenſentur partes receſſiſſe ab
illis,& ſtabitur ſolum uerbis contentis in inſtrumento, & ita intel-
lige glo.per l. retentionem, C. de uſu. hoc tñ intellige uerum,niſi
actum eſſet inter partes, & poſſet probari qñcũque ex interuallo
intelligeretur facta repetitio,ut no.Iac.But.& Bar.poſt eum in l.pa
cta nouiſſima.C.de pac. & de iſto artic.an dicta in præcedentibus
intelligantur repetita in ſequentibus, vide plenam diſtinctionem
1 Bar.in l.ſi ita.§.Chriſogonus.¶† Vltimò no.in fin.ꝙ repetitio quę
habet uitiare, nunquam ſubintelligitur, ſic & relatio, vt l.talis ſcri-
ptura.& ibi not.de leg.j.Eſt autem repetitio,qñ apparet aliquid di-
ctum in vno capitulo tñ,& quæritur an intelligatur repetitum in
altero in quo nō fuit dictum.ſed relatio eſt, qñ aliquid dictum eſt
de per ſe, & ſunt plura capitula præcedentia uel ſequentia, ad quæ
illud poteſt referri, & etiam ad quædam ex eis, an referatur ad
omnia uel ad quædam? de quo in l.ſi idem cum eodem de iuriſd.
omn.iud.in ſi.& adde l.ſi quis a filio.de leg.j.

---

1 *An poſſit agi ex ſcriptura priuata in qua aliquis confiteatur ſe recepiſſe centum a tali, & promittat reſtituere ad omnem eius voluntatem.*
2 *Præſentia an in dubio præſumatur.*

§.Idem reſpondeo. Verbum promiſit cōten-
tum etiam in ſcriptura pri
uata,intelligitur per ſtipulationem.h.d.& no.dicit Ange.ſe multas
1 pecunias fuiſſe lucratus de iſto caſu,† quia frequenter reperiuntur
ſcripturæ priuatæ,in quibus aliquis confitetur ſe recepiſſe centum
a tali,& promittit reſtituere ad omnem eius uoluntatem: utrũ ex
illa ſcriptura poterit agi,quia non apparet, ꝙ fuit confecta in p̄ſen-
tia partis,& ꝙ interuenerit ſtipulatio.Et ego vidi Florentiæ dubita
ri q̃ plurimum,nam plerunque contingit,ꝙ pars non eſt præſens,
ſed aliqs in camera ſua facit ſcripturam, & mittit eam ſibi, de hoc
eſt caſus hic,ꝙ in dubio præſumitur facta inter pn̄tes, & interue-
niēte ſtipulatione, tex.tñ iſte vr̃ probare ꝯrium dum dicit. (ſi inter
pn̄tes.)& ſic vr̃ eſſe neceſſe probare pn̄tiam, & tunc reſultabit p̄-
ſumptio ſtipulationis:pp hoc Florentiæ fuit factum ſtatutum no-
uum,in quo ego interfui, ꝙ ſtetur ſcripturæ in eo qđ continet, ac
ſi eſſet inſtr̃m publicum,& ſic non ſit diſputandum de pn̄tia. ¶In
text. ibi. (literis ſuis.) non intelligas.i.ep̃la, quia illa mittitur rł r ad
2 abſentem,ſed in ſchedula ſcripta manu debitoris. ¶†In tex.ibi.(in-
ter pn̄tes actum eſt.)dic ꝙ gl.in l.j.C.de inuti.ſtipul.dicit,ꝙ hic prę-
ſumitur in dubio.Et idem tenet Bar.hic, qđ pōt eſſe uerũ ſi ſcriptu
ra facit mentionem de ſtipulatione, vel continet aliquod uerbũ,
ꝙ intelligitur per ſtipulationem, ut uerbum promittit, vt ſ. eod.l.
ſciendum.quia ſtipulatio non dr̃ inter præſentes.ut l.j.ſ.eod.Idem
a ſi diceret inſtr̃m,ꝙ talis inueſtiuit [a] talem de tali feudo, uel emphy
teuſi,inueſtitura non fit,niſi in præſenti,ſecus qñ continet aliquod
aliud,& poſſet fieri inter abſentes, quia tunc præſentia non præſu-
mitur,niſi probetur,ita ſentit Io.And.in addi. Spec.titu.de emp.&
vend.§.ſciendum.circa fi.Et ideo alias dicebam, ſi continetur in in
ſtrumento,ꝙ talis donauit tali,& non dr̃ præſenti,& recipienti,cũ
donatio poſſit fieri inter abſentes, non præſumitur præſentia. Et
ſi non apparet de acceptatione illius, donatio non valet,per id qđ
no.glo.in l.illud.de ſacroſ.eccl.Tene menti, quia lucraberis adhuc
ſi recordaberis, hic non ſunt alia.

ADDITIO.

a ¶Inueſtiuit.An præſentia præſumatur.vide Lud.Ro.conſi.509. Old.cōſil.
247.a quo Io.And.in prædicta addi.habuit.

---

§.Idem reſpondeo. Licèt unicus ſit cōceptus
verborum, tot tñ dñr ſti-
pulationes,quot præceſſerunt conuentiones, ad quarum robora
tionem uenit ſtipl'o.h.d.no.Et facit l.ſcire.debemus.ſ.eo.Sed ibi in
ſpeciebus ſingul'r ſpecificatis,hic in diuerſis ꝯuentionibus,vt ple-
runq; faciunt notarij,nã dñt,ꝯuenerunt partes de tali re & tali. Itē
de alia re,& plura capitula ponũt diuerſa, poſtea ſubijciũt gñalem
ſtipl'onem,dicentes, Quæ omnia & ſingula dictæ partes inuicem
promiſerunt per ſolennem ſtipulationem,nam tot ſunt ſtipulatio
nes,quot capitula. Et ad qd hoc proſit,dic vt d.l.ſcire debemus.

---

LEX CXXXIIII.

Si ita quis promiſerit. Terminus ſolutionis
vſurarum cedit a die
ſtipulationis interpoſitæ,qñ ſtipulatio eſt pura, & uſuræ debentur
nō propter moram,ſed propter ſtipulationem,& verba, (qua die
petieris.)non reddunt ſtipl'onem ꝯdōnalem, ſed faciunt monitio
nem.h.d.Et præmitte,ꝙ ſi ſtipulor a te centum ſub ꝯdōne, & etiã
decem quolibet menſe pro uſuris, non incipiunt uſuræ currere
niſi poſt euentum conditionis, quia prius non eſt nata obligatio
ſortis,ſed cum ꝯdō extiterit,& non debentur niſi pro futuro tp̄e,
niſi fuiſſet dcm̃ expreſſe,ꝙ ex die ſtipulationis, vt ſ.eo.l.hmōi.& l.
ꝙ lex ſibi reſiſtat,ſed quia non aſſiſtit.ergo,&c.ut ſupra eo. l.ſtipu
latio iſta.§.alteri.cum ibi no.Sol.qn̄ non aſſiſtit propter hanc ſolā
cauſam,quia non intereſt ſtipulatoris,fateor ꝯrium,quia iſta ratio
ceſſat in pęna in qua non inſpicitur intereſſe,ſecus qn̄ non aſſiſtit
rōne incer titudinis & voluntatis tacitæ ꝯhentium. Caſus eſt hic,
quia tunc eſt nulla,ſecus ſi expreſsè reſiſteret,uel eſſet impoſſibilis
de natura,ut ſupra e.l.ſi homo mortuus.&c.

---

1 *Stipulatio pœnalis,quando committatur,vel non.*
2 *Qualiter committatur ſtipulatio pura.*
*Qualiter & quando committatur ſtipulatio in diem.*
*Quid in ſtipulatione conditionali.*
3 *Quid in ſtipulatione pœnali incipiente a præcedenti diſpoſitione ueſtita.*
*Quid ſi incipit a præcedenti diſpoſitione nuda.*
*Quid ſi a præcedenti conditione.*
4 *Si promiſiſti mihi ſiſtere cùm uolueris,uel qua die uolueris,& decedas an tequam declares,an ſtipulatio euaneſcat.*

1 §.Nec ante. †Stipulatio pęnalis non committitur niſi
cū deſijt poſſe fieri,vel dari id, qđ erat fien
dum,vel dandum,ad hoc vt non committeretur, ſiue incœperit
à præcedenti diſpoſitione, ſiue à pręcedenti ꝯdōne. hoc primo
ſm Pegaſum,ſed ſm Sabinum vtroq: caſu committit̄, cū potuit
facere vel dare,& ꝑ ipſum ſtetit quominus faceret, vel daret hoc
ſecundo.Sed ſm Papin.authorem huius legis,ſi incipit à p̄cedenti
ꝯditione,vera eſt prima opi.Pegaſi.Si verò à p̄cedenti diſpoſitio-
ne,vera eſt ſecunda Sabini.h.d.vſque ad uer.(ꝙ ſine dubio.)Et di
uide in tres partes.in ſummario.ſecunda ibi.(Sabinus.) tertia ibi,
2 (itaque.)¶†Et illa pars huius q̄ tractat de commiſſione ſtipl'onis
pęnalis difficilior eſt,& magis vtilis q̃ alię partes huius l. quam gl.
magiſtra.q̄ eſt in l.& ſi poſt tres.ſi q̃s cau.altius exordiendo mate
riam examinauit per ſex qōnes principales,quarum tres ꝯcernūt
ſtipl'onem ſimplicem,& aliæ tres ſtipl'onem pœnalem, & q̃a loq
tur breuiter,Bar.reaſſumpſit hic illa ſex membra. Et multum ele-
ganter,& copioſe,& vtiliter ea proſequit̄,declarando qualiter cō
mittatur ſtipl'o pura.Secundo,qualiter & qn̄ ſtipl'o in diem.Ter-
3 tio.qn̄ & qualiter ſtipu.conditionalis.†Quarto, qualiter ſtipu.pę-
nalis incipiens a præcedenti diſpoſitione veſtita.Quinto, quando
à p̄cedenti diſpoſitione nuda.Sexto,& vlt. qn̄ a p̄cedenti condō-
ne.de quo vltimo,& antepe.tractat iſte tex ſed de penu,quando
à nuda,tangit̄ in gl.& ſemꝑ recurrit̄ ad eius dicta, & q̃a nihil omit
tit qđ in toto corpore iuris reperiat̄ circa p̄dictos articulos reci-
tando opi.oīum qui vnq̃ locuti ſunt,& eſt mare magnum. Et pri
ma pars iſtius particulæ vſque ad ver.(Sabinus.) continet tres ca-
ſus.Primus,qn̄ à pręcedenti diſpoſitione incipit vſque ibi, (ſed &
ſi ita ſtipulatus.)Secundus,quando a pręcedenti ꝯdōne conſiſten
te in non faciendo vſq: ibi, (Itē ſi q̃s.) Tertius, quando a p̄cedenti
ꝯdōne ꝯſiſtente in non dando.Sufficit,veniamus ad caſum. ¶In
tex.circa prin.ibi,q̃ fuerit declaratum,non intelligas per ſnĩam iu-
dicis,ſed in rerum nā,ut q̃a mortuus vel impeditus.ꝑpetuo impe
dimento,vt in glo.¶In tex.ibi,(ſiſti non poſſe.) ſubaudi,uel nō ex
pedite,vt ſi actio quam volebam intentare tp̄e perempta eſt, ut
in ea.gl.circa principium.¶Sed oppo.ꝙ imo ꝑꝑ mortem promiſ
ſoris qui debebat ſiſtere,non dicat̄ extare cōditio,nec committat̄
pœna,ſed potius deficere,& pœnalem ſtipu. effici inanē, q̃a im-
poſſibile factum eſt id,qđ erat fiendū,vt ſ. e. l. ſi hō mortuus. ubi
caſus.Sol.intellige ſi iſte qui debebat ſiſtere,interpellatus nō ſtetit,
& ſic fuit in mora,nec tn̄ iſta mora ſufficit ſm Pegaſum.Et adhuc
requirit̄ ꝙ deſinat poſſe ſiſtere:ſi aūt anteq̃ eſſet in mora, locū ha-
beret ꝯrium,vt ſ.q̃ ſatiſ.cog.l.ſi deceſſerit.cū ibi no. ſed in ſequenti
bus caſib.qn̄ incępit a p̄cedenti condōne,tūc non req̃ritur,ꝙ fue
rit in mora ad hoc ut ſtipl'o cōmittat̄,q̃a venit committenda ex
euentu condōnis,non rōne moræ,q̃a nō pōt cōmitti in eo qđ ē
in condōne,& non in diſpōne,cū ꝓ illo nō det̄ petitio: ergo &c.
vt ſ.e.l.ſi pupillus.& iō per mortē ꝯmitteret̄ ſtipl'o, ut ſupra eo.l.
in illa ſtipl'one ſi calendis.¶In tex.ibi,(ſed & ſi ſtipulatus.) No. qđ
dicit(ſed ita.)& ſic ſignificat diuerſitatem in facto, & nō in iure,
vnde Pegaſus nō fecit dr̄iam,an ſtipl'o pęnalis incipiat a p̄ceden-
ti diſpōne,vt in ver.p̄ceden.an a conditione,ut in ſequenti, ſed in
primo nō bene dixit,in hoc ſcđo ſic,vt in uer.(Itaque.) licèt Guar
nerius cuius opi.recitauit,gl.j.in uer.(Sabinus.) dixerit ꝙ Pegaſus
nec ēt in iſto ſcđo verum dixit,quia nec expectat̄, ꝙ deſinat poſ-
ſe fieri uel dari,nec ēt ꝙ potuerit facere,uel dare,& ꝑ eum ſteterit
ad hoc,vt ſtipl'o pænalis cōmittat̄,imo cōmittit̄ ab ipſo initio, &
ſtatim pœna debetur,licet habeat facultatē faciendi,vel dādi quo
uſque lis ſit ꝯteſta.ſuꝑ pęna,ſicut ēt in actiōe noxali. cuius opi. ſō
niū eſt,nā cū ſtipl'o pęnalis ſit interpoſita ſub ꝯdōne ſi nō fecerit,
uel ſi nō dederit,nulla rō ſubeſt quare ſtatim debeatur,acſi purè
fuiſſet,interpoſita cū facultate tn̄ dandi vel faciendi, iō nō meruit
recitari,& ſic eſt dicendū ꝙ Pegaſus bene dixit hoc caſu. ¶In tex.
ibi,(quamuis capitolium aſcendere, uel Alexandriam peruenire

{potueris.}ſubaudi,& non feceris,nam cū adhuc poſſis: licèt huc uſq; non feceris,non eſt verū dicere te incōmutabiliter non aſcēdiſſe,vel non ꝑueniſſe,& illa verba,ſi non aſcenderis, vel non perveris debent intelligi.ſ.incommutabiliter.vt ſ̃.eo.l.quicq̃d adſtringendæ.§.fi.Sup iſta particula eſt vna gl.tm̄,q̃ incipit, ( uel morte.) & eſt poſita in prin.pro cuius declaratione opp.de ver. (Itaq;.) ĩ.e. l.nam hic ſtipl'o pœnalis incępit à præcedenti diſpoſitione,q̄a promiſiſti ſiſtere,vt patet in ver.(ꝙ ſi ab initio,)cum quo ꝯtinuat̄ iſte ver.nec ante.ergo deberet pęna cōmitti ſtatim, ꝙ fuit in mora ſi ſtēdi,vt in uer.(Itaque.)cuius ꝯ̃rium hic dr̃, ꝙ demum poſtq̃ fuit declaratum ipſum ſiſti nō poſſe.gl.ſoluit quatuor modis. Primò, ꝙ iſtud principium corrigat̄ per ver.(Itaq;.)& ſtatim reprehendit & ſol.Secundo,ꝙ ideo contingit hic,quia dies ſiſtendi fuit commiſſa arbitrio ipſius promiſſoris.& ſic non poterit in mora conſtitui per interpellationem:vnde perinde eſt,acſi incępiſſet à præcedenti conditione,quo caſu non pōt ēt in mora conſtitui, ideo expectatur, ꝙ desinat poſſe,vt committatur ex conditionis euentu.ꝯ̃rium loquit̄ qñ in arbitriū promiſſoris non eſſet collata dies. nam tunc poſſet in mora ꝯſtitui.& iſtam tenent Doc. ¶†Sed ꝯ̃ eā

4 opponitur extra gl.nam ſi promiſiſti mihi ſiſtere cum volueris, vel qua die uolueris decedendo anteq̃ declares te velle ,ſtipl'o euaneſcit.vt ſupra eo.l.centeſimis.§.fi.in uer.alij ita inutilem, &c.Et hic dr̃,ꝙ committitur ad pœnam.Bar.ſuper hoc contrario muſauit,& non bene declarat,ſed diuinat.d.Raph.vr̃ dicere & reputat eſſe notandum,ꝙ euaneſceret ſi non fuiſſet promiſſa pœna ,ſed quia fuit promiſſa,non euaneſcit.ꝙ immiſſio pœnæ imo cōmittetur.& iſta opin.al s mihi placuit,licèt ipſum non vidiſſem. Nunc aūt non video qñ poterit pręcedere,nam pęna cenſetur promiſſa ſi non ſteterit die qua ſibi placuerit,aut ergo deceſſit anteq declaret qua die,& tunc non extat conditio ſub qua fuit promiſſa, ergo non committitur,q̄a decedendo vr̃ nolle in ꝯ̃ctibus, licèt ſecus in vltimis voluntatibus,ibidem dixi, aut deceſſit poſtq̃ declarauit qua die volebat ſiſtere,& tunc aut poſt lapſum illius , & pęna erat commiſſa per lapſum diei q̄a tunc erat in mora ꝯſtitutus, vnde amplius non committit̄ ꝑ mortem,iuxta ea q̃ dixi infra eo. l.ſi sic.aut deceſſit ante lapſum diei,& tunc debet ſtipl'o pęnalis extingui,ſicut principalis per l.si deceſſerit.ſ̃.qui ſatiſ.cogan.Ideo iſta ſol.non placet,& ēt ꝑꝑ id,qđ dixi in p̄cedenti,vnde gl.ſoluit in fin. ꝙ hęc promiſſio de ſiſtendo erat nulla,q̄a non ꝯtinebat diem. ꝑ l.quicquid adſtringendæ.ſ̃.eo.idem committit̄ acsi non p̄ceſſiſſet diſpoſitio,ſed ꝯdō,ꝓut ēt tenuit glo. p̄cedens. ſed iſta opi.non eſt vera,vt ibi dixi.iō plus placet prima ſol'o,ꝙ hic loquit̄ ſ̃m opi.Pega.q non curauit an incipiat a p̄cedenti diſpōne,vel à p̄cedenti cōdōne,imo vtroque caſu voluit non committi per ſolam morā, ſed expectare ꝙ deſinat poſſe fieri.quæ opin. reprobatur per authorem legis in ver.(Itaq;.)eo caſu quo incępit a p̄cedenti diſpoſitione.& approbat̄ opi.Sali.ꝙ non expediat hoc expectare, ſed ſufficit,ꝙ fuerit in mora.¶Vltimo opp.ꝙ neutra opi.ſit vera.ut ſ̃. eo.l.quicquid.§.fi.Solu.ibi.loq̄tur qñ dies fuit appoſita ad id,qđ erat dandū,vel fiendū,quo caſu ſiue incipiat à præcedenti ꝯdōne ſiue à præcedenti diſpōne committit̄ ꝑ ſolum lapſum diei, vt ibi, hic qñ dies non fuit apposita.

---

2 *Sicut in ultimis uoluntatibus plus attenditur mens teſtatoris,quam proprietas uerborum,an idem ſit in contractibus.*

1 **§.Sabinus.** In ver.{Sabinus}†Notandum qđ refertur ad ver.ꝓximum pręcedentem,qui loquitur q̃do ſtipl'o pœnalis incipit a præcedenti conditione, vt si Stichum non dederis promittis pœnam mihi? & voluit ꝙ si potuiſti dare, & per te ſtetit quominus dares,ſtatim committatur ſtipulatio pęnalis abſque eo ꝙ deſinas poſſe dare , & tñ hoc caſu non potuiſti in mora ꝯſtitui,q̄a Stichus nō poterat peti,cū eſſet in ꝯdōne tm̄. ut l.ſi qs ſub ꝯdōne.ſi qs omiſ.cau.teſt.tñ potuiſti ꝯſtitui in quasi mora si interpellatus si dare volebas nō dediſti, cū dare tñ poſſes, multo ergo fortius qñ incępit a p̄cedenti diſpōne, q̄a Stichū promiſiſſes,nā tūc potuiſſes ꝯſtitui in vera mora: probat aūt Sabinus primū dictū per id,qđ hr̃ in l.j.§.itē ſi ita.ad leg.Fal.vbi dr̃,ꝙ ſi teſtator grauat hæredem de dando mihi penū,& ſi nō dederit grauat ipſum loco pęnæ de dando mihi centum , ſtatim ꝙ interpellatus non dederit mihi penum,cū lapſu tñ modici t̄pis a die interpellationis,qđ relinquitur arbitrio iudicis,commiſſa eſt pœna , & amplius non debet penus,nec eſt in legato , ſed debetur quantitas,in quam legatum penoris cenſetur trāsfuſum.& poſtea in fi. In ver. (Idemq́ erit.)ſubdit ꝙ idē erit si teſtator non grauauit hæredem de dando penum,ſed de dando pecu.si non tradiderit penū,& sic incipit a præcedenti condōne.Idem ergo debet eſſe in ſtipl'one ex preſumpta uoluntate ꝯ̃hentium,tñ id argumentum tollit̄ per iſtud qđ ipſemet Sabinus,dicit in fi.huius ver.ꝙ illud qđ dictum ē de penu,ſaltē in ſcđo caſu receptum eſt ob vtilitatē publicā, q̄ verſat̄ circa vltimas voluntates,quas publicè intereſt exitum habere. l.vel neg.geſt ff.quemad.teſt.aper.& ēt ꝑꝑ nām penoris q̃ conſiſtit circa quę ordinata ſunt ad æſum,& potum hoīs,ꝯtinet enim ꝑtinentia ad alimenta,q̃ fauorabilia ſunt,ſed iſtæ rōnes ceſſant in ꝯ̃ctibus.ideo poſtea author legis determinat contrarium eo caſu quo incępit a præcedenti conditione,dicens tunc non habere locum opinionem Sabini,ſed ſolum qñ a præcedenti diſpoſitione. Et aduertendum ꝙ qñ a præcedenti diſpoſitione sicut non expedit expectare ꝙ desinat poſſe dari, vel fieri ad hoc, ut pœna committat̄,imo ſtatim ꝙ fuit in mora committit̄ , vt dixit Sabinus & benè in hoc.ita & ſi non fuit in mora, licèt deſinat poſſe dari uel fieri non committit̄ pęna,imò euaneſcit ſtipulatio per l. si homo mortuus ſ̃.eo.vbi caſus,ergo illud non requirit̄ cum interuenerit mora.ita & non prodeſt cum non interuenit ut ſtipl'o pœnalis ꝯmittatur.¶†Et no.in prin.huius ver.dum dicit.(ex ſnīa contrahentium.)vnà cum gloſſella,ꝙ sicut in ultimis uoluntatibus plus attēditur mens teſtatoris,q̃ proprietas uerborum,ut in l.q̃uis. C.de fideicō.cum si.ita & in ꝯ̃ctibus,licèt uideatur ſecus, q̄a pendent ex uoluntate vtriuſque partis.tñ ſi pōt conſtare ex aliquibus coniecturis de illa,receditur a proprietate verborū,vt hic.& l.ſemper.đ reg.iur.& in l.in venditione.in fi.& ibi.no.communia prædio.& l. fi.C.quæ res pig.obl.poſ.¶Quæritur hic,q̄a tex. dicit ꝙ ſ̃m Sabinum nō expedit expectare ꝙ deſinat poſſe dare vel facere,& hoc eſt clarum,ſed ſufficit ꝙ poterat dare vel facere . Ecce vnum per quem ſteterit quominus dederit vel fecerit, ad hoc vt pęna committatur,qñ dicatur per eum ſtetiſſe.gl.quæ incipit non ergo. recitat duas opin.Vnam ꝙ tunc,cum fuerit in mora conſtitutus.ad qđ non ſufficit ꝙ potuerit dare, vel facere, & non dederit vel nō fecerit,ſed ēt requirit̄ ꝙ fuerit interpellatus & ꝙ ſciuerit ſe teneri. l.ꝙ te.ſ̃.si cer.pet.Alia opi.eſt,ꝙ non requiratur mora , & ſic nec interpellatio,ſed ſufficiat ꝙ potuerit dare ſi ſciuerit ſe teneri.Primā opi tenet Dy.& Bar.quam puto ſine dubio veram , qñ incępit a præcedenti diſpoſitione.nam tunc pōt in mora conſtitui, iō non dr̃ per ipſum ſtetiſſe quouſque fuerit in mora conſtitutus. Et iſta duo ſunt paria fuiſſe in mora,vel per eum ſtetiſſe , vt in l. ſi duo.§. fi.de conſti.pecu,& ideo hoc not.Bar.per tex.illum , ſed dubium eſt qñ incipiat a pręcedenti conditione,quia tunc non pōt in mora conſtitui.Supereſt ꝙ in conditione,unde non vr̃ requiri interpellatio,quæ fit ad conſtituendum quē in mora, & tunc non vr̃ procedere ſecunda opi.glo.Sed adhuc idem dico hoc caſu poſtq̃ Sabinus adhuc noluit expectari,ꝙ desinat poſſe dari, ſed dixit ſufficere ꝙ potuerit dare,& per cū ſteterit.nam,dēt intelligi ꝙ requiſitus non dedit,& licèt requiſitio non conſtituerit eum in mora, conſtituit tñ in quaſi mora,& facit exiſtere conditionem ſub qua pœna fuit promiſſa.& hoc eſſe verum patet manifeſtè in d. l. j.§. item ſi ita.ver.idemq́; ad leg.Falci.nam in pręcedenti caſu conſtat, ꝙ ibi requiritur interpellatio,cum lapſu modici t̄pis,quia incipit à præcedenti conditione,& poſtea ſubijcit . Idemq́ &c. ponendo caſum qñ à pręcedenti conditione,patet ēt in l.ſi peculium.§.fi.de ſta.lib.Et ēt qñ præcedit conuentio nuda.nam nec ibi pōt propriè in mora conſtitui,& tñ pœna committit̄,uel per lit. conteſt. ſ̃m communem opi.vt l.nuda.de ꝯ̃hen.ſtipu.vel ꝑ ſolam interpellationem extraiudicialem ſ̃m intellectum Pe. quem ſequit̄ Bart.q̄a promiſſio pœnæ facta ſub ꝯdōne si non dederit , vr̃ intell. ſ. cum petiero,tūc enim diceris non feciſſe.ſi enim non petis non videris non dediſſe,vt l.ratio.§.ſi per venditorem.ver.mora. de act. emp. ¶Vltimo vna gl.hic q̃ incipit(pendet.)vr̃ formare vnam oppo.ꝙ nullo caſu debeat expectari,ꝙ deſinat poſſe dari , vel fieri ad hoc ut dicat̄ non dediſſe vel feciſſe,per l.Mutianæ.ſ̃. de cond. & dem. Sed non meruit ſignari hoc ꝯ̃rium,q̄a ibi qñ ꝯditio negatiua apponitur creditori,ſeu onerato,quo caſu non dr̃ impleri eoipſo ꝙ potuit implere & non impleuit,q̄a tunc non eſſet neceſſaria cautio.Mutiana.hic qñ apponitur grauato ſeu debitori.In quo diſtingue ut hic,qđ aūt dr̃ de penu,idē de alia re ſi teſtator grauaret hæredem ſi non dederit Stichum,q̄a ſtatim ꝙ requiſitus Stichū non dat committit̄ pęna fauore vltimæ voluntatis.Et hoc voluit gl.in l.& ſi poſt tres.ſi q̄s cau.licèt q̄dam dicant ſpeciale in penu. ꝑ illū tex.dum dicit ipſius rei nām,q̄a ꝯtinet ꝑtinentia ad æſum & potū ſed certè ēt alia rō aſſignatur,ſed de publica vtilitate q̃ gn̄alis eſt in qualibet re relicta.& in vltima voluntate.& hæc eſt cōis opi.& ſic diſtinctio huius legis non habet locum in vltima voluntate per illum §.item ſi ita.& per illam l.ſi peculium.

---

2 *Si debitor ante moram contractam deſinat poſſe dare vel facere,an ſtipulatio pœnalis annihiletur.*

3 *Quid ſi promittas mihi decem ſi non dederis Stichum quouſque tu uiuis, & etiam Stichus.*

1 **§.Itaque poteſt.** †Sup illo ver.vbi ponit̄ tertia particula ſcđæ partis principalis gl.ponit hic duos caſus,Primus eſt qñ ſtipulatio pęnalis incępit a p̄cedēti diſpone,& tūc hēt locū opi.Sabi.vt cōmittat̄ pęna.cū ꝑ promiſſorē ſtetit quominus daret uel faceret,& nō ſit neceſſe expectare ꝙ deſinat poſſe dare vel facere.Sed ꝯ̃ iſtud glo.opp.duob.mōdis. Primo,ꝙ non ſufficiat,imò ēt requirat̄ litis conteſtat.per l. nuda. C.de contrah.ſtipul.Et ſoluit,ꝙ hic,quando præceſſit conuentio veſtita, quo caſu debitor conſtituitur in mora per interpellationem

nem extraiudicialem ſi potuit dare vel facere, & ſciuit ſe ad hoc teneri, quia contracta mora dicatur per ipſum ſteriſſe, contrarium verum, qñ præceſſit conuentio nuda, quo caſu non contrahitur per ſolam interpellationem, ſed requiritur lit.conteſt. Et ſi dicatur ꝙ talis conteſtatio non poterit fieri, nec ſuper nuda conuentione, q̃a ex illa non eſt orta actio, nec ſperatur oriri ſĩr ſuper pœnali ſtipulatione, q̃a nec ex illa eſt orta actio ante exiſtentiam conditionis, licèt ſperetur oriri. Rñdetur verum eſſe de rigore iuris, ſed nunc conteſtabitur lis de facto, & talis conteſtatio faciet committi pęnam acſi de iure facta fuiſſet, ſed remanet dubium ſup quo debeat fieri, an ſup ipſa nuda conuentione, an ſuper ſtipulatione pœnali, & q̃dam tenẽt vnum, q̃dam aliud ꝑ diuerſas rõnes, quas Bar. hic ad plenum recitat. & finaliter tenet ſ̃m Pe. ꝙ non requiratur conteſtatio, ſed committat̃ per interpellationem extraiudicialem, ſicut ſi eſſet conuentio veſtita, & fundat ſe principaliter per l. ſi pacto quo pœnam. C. de pac. dum ibi dr̃ ꝙ pœna cõmittitur more aliorum iudiciorum, & ſic non vult eſſe aliquid ſpeciale cũ p̃ceſſit nuda conuentio. Item per l. ſi cum dies. §. fi. de arbi. vbi pręceſſit compromiſſum factum nudo pacto, & tñ pęna committit̃ abſque lit. conteſta facta ſuper eo qđ arbiter laudauit. Item per rationem, q̃a ſi promittis mihi Stichum nudo pacto, & ſi non dederis promittis decem, videris ꝓmiſiſſe ſi non dederis cum petiero ẽt extra iudicium. Nec obſt. ꝙ iſtud verbum intelligit̃ lit. conteſt. vt l. amplius non peti. rem ra. ha. q̃a illud eſt verum, qñ ponitur ad commiſſionem pœnæ, vt q̃s petendo incidat in pœnam cum ꝓmiſerit non petere, q̃a illud eſt odioſum, & non dr̃ feciſſe contra, niſi perſeueret vſq; ad conteſta. Nos loq̃mur qñ ad euitationem pęnæ, quo caſu intelligit̃ vt ſ. dixi. Nec ẽt obſt. ꝙ vbi nulla petitio, ibi nulla mora, vt ỹ. e. l. ſi pupillus. quia hic ꝯhitur quaſi mora, de qua ſola vr̃ actum inter partes, poſtq̃ verè nõ poterat ꝯhi. nec obeſt l. nuda. q̃a dẽt intelligi qñ non p̃ceſſit interpellatio, & tunc ꝯhitur per conteſtationem factam de facto ſuper nuda conuẽtione, ſicut alibi cum ꝯhitur ad finem transferendi periculum rei in moroſum. l. fin. & l. in hac. de triti. cum ibi not. & hæc opin. placet. ¶Item opp. glo. de §. ꝙ ſi ab initio. verſic. nec añ. ſed ſolue, vt ibi dixi tenendo, ꝙ ibi loquat̃ ſ̃m opin. Pegaſi. qui reprobat̃ in iſto verſi.

2 hoc caſu. ¶† Vltimò, circa illum articulum ſcias, ꝙ ſi debitor añ moram contractam deſineret hoc caſu poſſe dare vel facere, pęna non committeretur, ſed ſtipulatio pœnalis annihilaretur per l. ſi homo mortuus. ſ. eo. & per l. ſi deceſſerit. ſ. qui ſatiſd. cog. nõ ſic in ſequenti caſu qñ incępit à præcedenti conditione, quia tũc nõ committit̃ ꝓp moram, ſed ꝓp euentum conditionis. & tunc conditio exiſtit incommutabiliter. & hoc probat̃ in l. in illa ſtipu. ſi calẽdis. ſ. e. Secundus caſus quem colligit gl. eſt, qñ incipit a præcedẽti conditione, & tunc tex. dicit non habere locum opi. Sabi. vt cõmittatur cum per eum ſteterit. Sed an habeat locum opi. Pegaſi, vt committatur cum deſijt poſſe dare uel facere. tex. hic non aperit. ſed Guar. tenuit ꝙ non, glo. verò tenet contrarium in pręce-

3 denti ver. Sabi. in j. gl. in fi. & hęc vera. ¶† Si ergo promittis mihi decem ſi non dederis Stichum: quouſque tu viuis, & ẽt Stichus, licèt ipſum tradere non poſſis, q̃a eſt in loco remoto, non cõmittitur pœna de decem, quia poſſibile eſt, ꝙ aliq̃n poteris, nec etiam ſi habes facultatem dandi, & requiſitus à me noluiſti dare. ſed tũc committetur cum vel tu morieris, vel Stichus. primo. n. caſu hęres tuus non põt ſoluere, vt faciat conditionem deficere, ſicut nõ poteſt conditionem implere, quia facultas conditionem implendi vel faciendi eam deficere non tranſmittitur ad hæredes, vt plenè not. in l. ſi decem cum petiero. ſ. e. & ỹ. eo. l. qui Romæ. §. Augerius. ſ̃m intellectum Bart. nec eſt neceſſe ad hoc vt committat̃ pœna ꝑ mortem alterius, ꝙ te interpellauerim poſtquã interpellatio non ſufficeret ad pœnam committendam. Nec obſtat quod dixi ſ. verſi. { ante committitur. } quia illud procedit qñ præceſſit conuentio de dando, hic non, nec ẽt obeſt quod dixi ver. { Sabinus. } ſuper gl. quæ incipit { non ergo. } q̃a illud procedit retenta opi. Sabini, qui tenuit pœnam committi cum per eum ſteterit quo minus daret vel faceret, ẽt ſi incipit à præcedenti cõditione. Nam ſi iſta opi. eſſet vera, requireretur interpellatio hoc caſu, ſicut ſi inciperet a pręcedenti diſpoſitione, vt vbi dixi, q̃a non committeret̃ tunc ꝓp euentum conditionis tñ, ſed rõne quaſi morę. ut ibi dixi. Sed q̃a illa opi. non eſt vera hoc caſu, q̃a non committitur, niſi cum deſijt poſſe dari vel fieri. verum eſt dicere, ꝙ committitur ex euentu condõnis, & non rõne moræ uel quaſi, vnde nec illa requiritur, nec ſi interueniſſet ꝓficeret ad faciendam pœnam committi. Contra iſtum caſum gl. format quatuor oppoſitiones quas glo. breuius in l. & ſi poſt tres. reducit ad quatuor fallentias. Bart. hic eas proſequit̃ multum plenè ſequendo quaſi glo. in omnibus excepta tertia opp. de l. libertas. §. j. de manu. teſt. dicẽs ꝙ nõ meruit ſignari hic pro ꝯ̃ria, q̃a loquit̃ in ꝯdõne negatiua appoſita onerato, q̃ tẽdit ad acq̃ſitionem actionis. & regulariter non h̃r pro impleta eo ipſo ꝙ potuit facere vel dare, & nõ dedit nec fecit, quo uſque adhuc põt dare vel facere, iõ regulariter req̃rit̃ cautio Mutiana, ꝑ q̃ vr̃ impleri, vt in l. Mutianæ. de condi. & demõ. Fallit in legato libertatis relicto ſub illa ꝯdõne, nã eo ipſo, ꝙ potuit facere & non fecit, vr̃ impleta. & ſic non requiratur cautio Mutiana, vt d. l. libertas. §. j. quę melius ſignatur pro contraria ad illam l. quàm ad iſtam, quia hic loquit̃ in negatiua q̃ apponitur grauato ſeu obligato ad finem faciendi ipſum incidere in illam obligationem pęnalem, non aũt vt ſibi acquiratur actio, ideo nihil ad propoſitum iſtud contrarium. Cætera vide hic per eum.

2 *Si fui ſtipulatus minores uſuras, & ſi eas non dederis ſim ſtipulatus maiores, & ſic loco pœnæ, & non dediſti, & ſic ſtipulatio ſecunda fuit commiſſa, an tamen poſſim agere ex prima.*

1 **§.Quod ſine dubio.** †Iſte verſ. vbi ẽ tertia pars principalis, legitur duob. modis. Primo ut circa opin. Sabini limitatam per ver. præcedentẽ formetur vna quęſtio diuerſa. nam qñ pęnalis ſtipulatio incępit à pręcedenti diſpoſitione, ſi promiſſor non dedit, ſed per eum ſtetit, ſtatim pęna eſt commiſſa, vt in ver. p̃cedenti. Sed dubitat̃ utrũ poterit peti unà cum principali, & reſpondetur ꝙ ſic, ſi fuit hoc expreſsè actum al's non, ſed ſola pœna poteſt peti, licèt homo q̃ promiſſus fuerat, poterit ſolui, ſubaudi ante lit. ꝯteſt. ſuper pœna ut euitet̃ pœna, & ſic poſt moram commiſſam, ſeu ꝯtam in homine dando deſinit homo eſſe in obligatione & petitione, licèt remaneat in ſolutione, & incipit deberi pœna: & illa ſola põt peti. Ex quo ſequit̃ ꝙ per ſtipulationem pęnalem poſtq̃ eſt commiſſa nouatur ſtipulatio præcedens ipſo iure, & transfunditur in pœnalem, añ verò q̃ ſit commiſſa non eſt nouata, & debet̃ homo, & non pœna: poſtea verò è conuerſo debetur pęna, & non homo, etiam ſi homo plus valeat q̃ pęna. & ad hoc allegatur iſte tex. & in l. obligationum ferè. §. fi. ſ. titu. j. & iſtum modum legẽdi ſentit hic gl. illa, ſecundũ quam debet exponi ꝙ, Sed alio modo legit̃, vt quærat̃ qñ locum habeat opi. Sabini, & ꝙ pęna committatur ſtatim ꝙ promiſſor hominis fuit in mora, & non expectet̃, ꝙ deſinat poſſe dare. & rñdetur, ꝙ tunc locum habet ſine dubio, qñ fuit actum, ꝙ pœna commiſſa debeatur tam pœna q̃ homo. qđ contingit qñ appoſita fuit clauſula rato manente pacto. nam tunc cũ partes voluerint vtrunque peti poſſe tã pœnam q̃ ipſam rem, apparet ꝙ voluerũt expectari debere, ꝙ deſinat homo poſſe dari, quia tunc non poſſet deberi vtrunque vt ſi deſineret poſſe dari per mortem ſerui. Sed dubium eſt quando hoc non fuit actum, & ſic ſola pęna venit petenda, tunc maius eſt dubium, quia ceſſat ratio prædicta. tñ adhuc dicitur idem, ꝙ ſtatim ꝙ fuit in mora, cõmiſſa eſt pœna, non expectato ꝙ deſinat poſſe dari. & iſtum intellectum habuit gl. fi. in ſecunda expoſitione dum dicit, vel dic vt ſtatim poſt moram agi poſſit &c. vtraque eſt bona lectura, & ẽt ſ̃m iſtam colligitur hic, qđ ſ. dixi, ſtipulationem principalem nouari ꝑ commiſſionem pœnalem. ¶Sed ꝯ iſtud fortiter opp. de l. prædia. de act. emp. & de l. ſi quis à ſocio. ſupra pro ſocio. In quibus patet ꝙ non ſoluitur obligatio principalis, licèt pęna ſit commiſſa. imò põt agi ex utraq; quatenus una plus continet q̃ altera. ſuper hoc ꝯ̃rio fuerunt infinitæ ſolutiones quas Bart. hic recitat. & ſunt ſeptem antiquorum. ipſe autem ponit viij. ꝙ ꝯ̃ria loquuntur, qñ pręceſſit cõuentio ex cauſa oneroſa, l. iſta, & l. ſi quis a ſocio. qñ ex cã lucratiua, quo caſu ẽt ſi principalis plus contineat, q̃ ſit pęna tollit̃ in totum, & ſola pęna põt peti. & ſic appoſitio pęnalis ſtip'onis non ſolum cenſet̃ facta fauore ſtipulatoris, qñ ꝯtinet plus, ſed etiã fauore promiſſoris qñ ꝯtinet minus, ſed ipſe hoc probat per l. j. de penu. leg. & l. j. §. item ſi ita. ad leg. Fal. vbi in ultima uoluntate hoc eſt clarum, quia ſi teſtator grauabit hæredem de dando penum; & ſi non dederit de dando decem, ſi fuit in mora dandi penum ſo-

2 la decem poſſunt peti, etiam ſi penus plus valebat. ¶† Contra illam opinionem Bar. oppo. de l. quamuis. C. de uſu. ubi ſi fuit ſtipulatus minores vſuras, & ſi eas non dederis ſim ſtipulatus maiores, & ſic loco pęnę, ſi non dediſti, & ſic ſtip'o ſecunda fuit commiſſa, nihilominus poſſum agere ex prima, & ſic non eſt nouata, & tñ ambę ſunt ex cã lucratiua. Doct. non ponderauerunt illam l. uide re meo. Ideo vr̃ mihi dicendum ꝙ in vltima uoluntate vera ſit opin. Bar. ſine dubio. cum enim pendeat ex mera uoluntate teſtatoris, qui potuit primum legatum tollere, & transfundere in ſecũdum. & hęc transfuſio uel cenſet̃ facta fauore legatarij ſi plus cõtinet q̃ primum, uel fauore hęredis ſi continet minus, & utrunq; facere potuit ſine iniuria cuiuſlibet eorũ, cũ poſſit de bonis ſuis teſtari ut uult. ſed in ꝯ̃ctibus qui pendẽt ex uoluntate utriuſq; partis, dic, ꝙ licèt pręcedat conuentio ex cã lucratiua ꝑ cõmiſſionẽ pęnalis ſtip'onis, nõ eſt ſtatim ſublata ipſo iure, ideo põt agere ex qua uult. ut d. l. quãuis. & ſi eligit agere ex prima, non poterit ex ſecunda. nec è conuerſo, ẽt ante exactionẽ factam ex illa quam elegit. Sed ſi p̃ceſſit cõuentio ex cã oneroſa, tunc ẽt poſt exactionẽ factam ex una, põt agere ex altera quatenus plus continet, ut in ll. ꝯ̃rijs. Et ſic non fit per electionem, nec ẽt per exactionem nouatio, licet contingat liberatio quatenus exactũ eſt. In caſu aũt p̃cedenti fit per ſolã electionẽ, ſed in primo caſu in ultima uoluntate fit ꝑ ſolam commiſſionem, & nõ põt alteram eligere, & iſta eſt dr̃ia inter iſtos caſus. & hoc eſt quod uoluit text. in l. obligatio-

num ferè.§.fi.dum dicit ꝙ fit quaſi nouatio.j.quia non tollitur
ipſo iure per commiſſionem pœnæ, ſed cum poſtea pœna elige
tur.prędicta vera quando non eſt oppoſita clauſula, rato manen
te pacto:tunc enim nullo modo fieret nouatio per primum ca-
ſum huius §.cum glo.Item ſi pœna eſſet appoſita loco particula-
ris intereſſe.nam & tũc poſſet peti vnà cum principali, vt l.traiecti
tię.§.de illo.de actio.& oblig.Idem ſi ratione contemptus, nam
& tunc eodem modo poſſet peti,vt l.ſi quis rem.ſ.de arbi.Et præ
dicta quando præcedit conuentio obligatoria,ſi autem liberato-
ria indiſtinctè non nouatur,vt patet in l. reſcriptum.§.ſi pacto.ſ.
de pact.vnde non poteſt obijcere exceptionem, licèt cõmiſſa ſit
pęna.qđ facere non põt ſi eſſet nouata,ſed ſola pœna deberet pe
ti.Ex ꝑdictis patet hic intellectus ad vnam magnam diſtinctionẽ
ꝗ facit hic Bar.breuius ꝗ ipſe loquatur:hic non ſunt alia.

De duobus reis ſtipulandi &c. Rubr.

## LEX PRIMA.

**Qvi ſtipulatur.** In hac l.j.non expedit ſcri-
bere, quia tex.& glo. ſatis
clare loquuntur,ideo dominus meus noluit aliquid
hic ſcribere.

## LEX II.

2 *Qualiter conſtituantur duo rei debendi uel credendi.& nu:3.*
3 *Si Titius & Sempronius promittant mihi centum, & non dicatur ꝙ tã*
*quam duo rei,nec ꝙ quilibet inſolidum, quod tunc quilibet cenſeatur*
*promiſiſſe pro parte.*
4 *Si unus ex correis credendi liberat debitorem per acceptilationem,an tol*
*latur obligatio,& actio alterius.*
5 *Quid in pacto de non petendo.*

1 **Cvm duo.** †Tunc dicuntur duo rei promitten
di,vel duo rei ſtipulandi, qñ eadem
pecunia vel res promittitur à quolibet eorum inſoli-
dum eidem, vel cuilibet inſolidum ab eo. Et nã eorũ
eſt ꝙ petitio vel acceptilatio vnius tollit obligationem alterius.
2 h.d.†Et in hac l.tractat Bar.primum articulum iſtius mãæ quali-
ter conſtituantur duo rei debendi vel credendi, quæ per paucio-
ra uerba expediam ſuper gl.j.de ſecunda parte ſummarij tractat
Bar.ĩ.eo.l.ex duobus.vtrũ pactum vnius pręiudicet alteri,vel ꝓ-
ſit,venio ad caſum.¶No.ergo duo requiri ad hoc, vt dicantur
duo rei debendi.Primo,ꝙ ſe obligent ad eandem rem vel pecu-
niam.ſi enim ad diuerſas,non eſſent duo rei debendi, nec vno ſol
uente alter liberaretur, ſimiliter ꝙ ſtipulentur eandem rem vel
pecuniam.Secundo requiritur,ꝙ promittat vel ſtipuletur quili-
bet inſolidum:al's non eſſent duo rei,vt ĩ.e.l.reos.§.cum in tabu-
lis.Et quando ſtipulantur vel promittunt inſolidum , an ſit vnica
tñ obligatio & actio,an plures,dic vt ĩ.eo.l.eandem.§.fi.& ĩ.l.ꝓ
xi.§.fi.in vlt.gl.¶In gl.j.ibi.{actum ẽt tacitè vel expreſsè.} dic tunc,
autem dicitur actum expreſsè,ꝙ ſint duo rei qñ hoc continetͬ in
inſtrumento ꝙ ſe obligant vt duo rei,vel ſtipulantur, & tunc etiã
ſi aliud non appareat,quilibet cenſetͬ ſe obligaſſe inſolidum, & ad
idem quia iſta eſt natura duorum reorum. tunc autem vr̃ tacitè
actum, quando non dixerat hoc expreſſe ꝙ tanquam duo rei
promittebant vel ſtipulabantur , tñ quilibet ſe obligauit inſolidũ
ad eandem rem vel quantitatem.& hoc poteſt ɔtingere altero
de quatuor modis,vel ꝗ hoc dixerũt expreſſe, ꝙ ꝗlibet teneatͬ
inſolidum.vel quia inter eos fuit poſita dictio alternatiua quæ a-
ctum attribuit cuilibet inſolidũ,vt C.de conſti.pec. auth. ſi quan-
do.& l.ſi ex tota.§.j.de leg.j.vel dictio diſtributiua quæ ſimiliter at
tribuit inſolidum,vt in l. ſi ex plurib. de leg.ij. & l. non diſtingue-
mus.§.cum in plures.de arbi.vel quia etiam eſt appoſita dictio ea-
dem,& orationes fuerunt diuerſæ,vt quia Titius promiſit mihi
centum,& Semptonius eadem centum in diuerſa oratione incõ
tinenti vel ex interuallo,vt infra l.proxi.ſed ſi non eſſet appoſita di
ctio eadem,& orationes eſſent diuerſę, quilibet teneretur ad ſua
centum,& non eſſent duo rei debendi,quia non tenentur ad idẽ,
cùm ſumma ſit multiplicabilis,ſecus ſi eſſet promiſſa ſpecies. arg.
in l.planè.§.ſi eadem.de leg.j.ſed ſi vnica eſſet tantum conceptio
verborum,tunc ſi pluries fuit eadem res repetita, vt ſi Titius pro
miſit mihi centum,& Sempronius centũ, & ſic non eſt,niſi ſemel
verbum promiſit,tunc licèt non eſſet poſitum verbum eadem,
intelligeretur ꝙ eſſent duo rei debendi,vt l. ſtipulatio iſta.§. eum
3 qui.ſ.titu.j.§.j.Sed ſi eſſet vnica conceptio verborum, & res non
fuiſſet pluries repetita , vt ſi continetur in inſtrumento, ꝙ Titius
& Sempronius promiſerũt mihi centum, & non dicitur ꝙ tanꝗ
duo rei,nec dicitur ꝙ quilibet inſolidum , tunc quilibet cenſeretͬ
promiſiſſe pro parte,& non eſſent duo rei debendi, vt infra eo.l.
reos.§.fi.nec haberent locum in eis iura loquentia de duob. reis,
& prædicta ex parte promiſſorum , ſed ex parte ſtipulatorum ſi
inter eos contineretͬ dictio alternatiua, ſiquidem vni tantum eo-
rum poſſet acquiri obligatio,non eſſent duo rei credendi, quia il-
li tñ acquireret,& alter cenſeretͬ appoſitus ad ſolutionẽ.vt ĩ. tit. j.
l.j.§.ſi fructuarius:ſi aũt aliquid poſſet acꝗri obligatione, tunc ſi
collata fuit electio in debitorẽ eſſent duo rei ſtipulandi,vel credẽ-
di,vt ſ.de leg.ij.l.ſi Titio aut Seio.ſed ſi in neminem collata fuiſſet
electio,iure iſto non valebat iſta ſtipulatio propter incertitudinẽ
illius cui acquirenda ſit,vt in d.§.ſi fructuarius.ver. j.ſed hodie iu-
re Codicis valet,& alternatiua reſoluitͬ in coniunctam.l. pe. C.de
uerb.ſig.non tñ ſunt duo rei,ſed cuilibet acꝗritur pro parte,vt in
d.§.cum in tabulis.& dic de hoc,vt ĩ.ti.j.l.ꝓ inde.Ex his paucis Pa
tet iſte articulus expeditus.¶Et prędicta quando in ſtipulatione
deducitͬ res diuiſibilis:ſi aũt indiuiſibilis, vt ſeruitus , licèt quilibet
teneatur inſolidum,& ẽt acquiratur cuilibet,non tñ dicuntur plu
res rei debendi vel credendi,ꝗ hoc prouenit ex natura rei , non
ex eo qđ actum fuerit.& hoc patet,quia vno eorum lit. conteſt.
non prohibetͬ alter agere:imò quilibet eorum põt agere & exige
re inſolidum vt in l.ij.§.ex his.ſ.titu. j. qđ non ɔtingit in pluribus
reis credendi,vt in fi.huius l.& l.ſeq.in fi. & ſic iura loquentia de
pluribus reis debendi vel credendi, locum non habent in eis. &
hæc eſt communis opinio Doctorum. ꝗcꝗd ſentiat gl.& ꝗdam
eam ſequentes in d.§.cũ in tabulis.ꝗ vult,ꝙ iure iſto eſſent plures
rei debendi vel credendi,ſecus hodie,niſi ſit expreſsè actũ, ſed cer
tè nec hodie,nec olim vt dictum eſt.In eadem glo. ibi , ſed hodie
ſecus.Doctores oẽs ɔ̃,ꝗ per Auth.de duob.reis . nihil eſt hodie
immutatum in modo conſtituendi plures reos, ſed ſolum in mo
do exigendi,quia ꝑ̃ſuppoſito ꝙ ſint plures rei debẽdi , poterat o-
lim creditor eligere quem volebat exigere inſolidum.vt infra l.ꝓ
xi.§.fi.hodie vero ſi ambo ſunt prçſentes , & ſoluendo , non põt
conuenire alterum eorum,niſi pro ſua parte,ꝗ locum habet in-
ter eos beneficium diuiſionis:non intelligas tamen ꝙ actio,& ob
ligatio ſint ipſo iure diuerſa,ſed diuiduntur mediante exceptione
oppoſita,ſi aũt eſt dubium,vtrum alter ſit ſoluendo vel non,non
põt alter ɔueniri inſolidum,niſi prius illo excuſſo,& reperto non
ſoluendo.& iſta duo adduntͬ per illam Auth.ad iura vetera. & ſic
onus imminet creditori in probando ꝙ aliter non ſit ſoluendo
per excuſſionem iam factã,& aliter non eſt aperta ſibi via agen-
di inſolidum ɔ̃ alterum qñ ambo ſunt præſentes,ſecus ſi alter ab-
eſt extra territorium ius dicentis, ſed in fideiuſſoribus, in quibus
iſto iure dabatur beneficium diuiſionis ex epiſtola diui Adriani,
incumbebat onus ipſi fideiuſſori conuento inſolidum probãdo
ꝙ alter ſit ſoluendo,& niſi probet,nõ auditͬ ſi petat alterũ excuti,
niſi offerat,& promittat ꝙ excutiatͬ ſuo periculo & impenſa.vt ĩ.
de fideiuſ.l.ſi dubitetͬ.in princ.¶In gl.ſequenti. pro ipſius euiden-
tia premitte,ꝙ ſi iſta verba poſita in tex.ſ. {petitiõe & acceptiliat.}
intelligantͬ actiuè ex parte reorũ credendi,clarũ eſt , ꝙ vnus eorũ
petendo,& litem conteſtando pręoccupat ſibi debitum, & con-
firmat ſuã oblonem,ſed oblonem correi extinguit, ac ſi ipſe ſo-
lus fuiſſet ſtipulatus.ſiue ſint ſocij,ſiue non,vt eſt caſus no. in l. fi-
deicommiſſa.§.plerumque in fi.ſ.de leg.iij.teneatͬ tñ cauere debi-
tori de defendendo cũ aduerſus alterũ correũ.vt ibi, licèt non te-
neatͬ cauere ꝙ correus habebit ratũ,vt no.gl.ſingularis in l. iij. ſol.
4 mat.circa fi.in gl.mag.¶ † Itẽ ſi vnus ex correis credendi liberat
debitorẽ ꝑ acceptilationẽ,nõ tollitͬ ſua oblo & actio , ſed ẽt oblo
& actio correi ipſo iure ſimiliter,ſiue ſint ſocij,ſiue non,vt in l. iij.
§.nunc de effectu.de libe.lega.qñ acceptilatio habet vim ſolutio-
nis,& ſolutio vni facta liberat quẽ ab vtroque:ſed ſi iſta verba re-
ferantur ad duos reos debendi,& ſic capiantͬ paſſiuè , tunc prout
tex.loquitͬ de acceptilatione clarum eſt,ꝙ liberato vno per acce-
ptilationem alter intelligitͬ liberatus ſilr,ſiue ſint ſocij, ſiue non,vt
eſt caſus in d.l.iij.§.nunc de effectu.& ĩ. de accepti. l. ſi ex plurib.
ſed cũ loquitͬ in petitione,eſt magis dubium.nã tex.hic innuit idẽ,
vt lite ɔteſtata ɔ̃ vnũ,liberetͬ alter.Et pro hoc facit rõ, quia litis cõ-
teſt.hẽt vim iuramenti.vt l.qui iuraſſe.§.fi.de iureiuran.& iurm ha
bet vim ſolutionis vt ibi ẽt hr̃,& ſolutio vnius liberat alterũ . In ɔ̃-
rium eſt caſus in l.fi.C.de fideiuſſo.vbi ẽt ꝑ ſñĩam latam ɔ̃ vnum
non liberatur alter,niſi ſecuta ſit exactio,& ẽt ꝑ rõnem, ꝗ litis ɔ-
teſt.non dẽt nocere actori,ſed ꝓdeſſe,vt in regula iuris. nemo. &
hæc vera.Et iõ inquantum iſte text. intelligatͬ paſſiuè , dẽt intelligi
de petitione effectuali ex qua ſecuta ſit ſolutio. vt in ſecunda ſolu
5 tione gl.ꝗ eſt vera ibi,vel dic cum effectu &c.†Quid autem in pa-
cto de non petendo facto ab vno ex correis debendi,an alteri no
ceat ſicut nocet acceptilatio,tunc diſtinguit an ſint ſocij,vel non.
quod dic vt ſ.de pact.l.ſi unus.in prin.ꝗ non habet vim ſolutio-
nis,cętera an pactum vnius noceat vel proſit alteri , vide plenè ꝑ
Bar.in d.l.ex duobus.

## LEX III.

1 **In duobus reis.** †Quando plures ſe obligãt vt duo
rei,licèt ex interuallo, per ſecũdam
oblonem non tollitͬ prima iure nouationis,quia cenſetur actum
contrarium h.d.¶Not.hic caſum expreſſum de eo de quo dubi-
tauit gl.in l.ſi ex duobus.ĩ.eo.ꝙ ſi primò interrogaui te an ꝓmit-
tas mihi centum,& tu promiſiſti,poſtea ex interuallo interrogo
Titium

Titium an promittat mihi eadem cētum, & ipſe promittit, quòd iſtud interuallū inter promiſſionem vnius, & promiſſionem alterius non habeat vitiare conſtōnem duorum reorū, nec ob. infra eo. l. duos. §. fi. qa ibi de interuallo qđ eſt inter interrogationē & rñſionem. hic non ſic. Sed inter interrogationem & reſponſionē vnius, & interrogationē & rñſionem alterius, hoc tñ vr̃ verum, qñ hoc actū eſt expreſsè inter partes, quia ſcđus ſe obligat vt correus primi, & ſic eſt intentio partium ꝙ prima obligatio non tollat̃ per regulam iuris nouationis. Et hoc vult iſte tex. al's ſi non eſt actum hoc expreſſè, tunc ſi ex interuallo, per ſecundam tolletur prima iure nouationis hoc iure, ſ'm ꝙ propter interuentum nouæ perſonę (licèt nihil adderetur in re) fiebat nouatio. hodie ſecus vt in l. fi. C. de noua. & ſic hodie ēt ſi non eſſet expreſſè actū, ꝙ nō eſſetis duo correi, tñ eritis, qa vna obligatio cedit alteri. ſi aūt incōtinenti, tunc ēt iure iſto non præſumet̃ nouatio. arg. eorum quæ no. in l. nam ad ea. de cond. & demon. quia non eſt veriſimile, ꝙ voluerint vnam per alteram tolli incontinenti.

1 *Creditor poteſt unū ex reis debendi quem vult conuenire & exigere inſolidum, poteſt etiam quemlibet eorum conuenire pro parte. Item uno ſoluente liberatur alter.*
2 *Si tota utilitas contractus peruenit ad unum ex reis debendi, an alter q æquè principaliter ſe obligauit, poſſit petere quòd ille prius excutiatur.*
3 *Rei debendi an hodie habeant beneficium diuiſionis,*
4 *An creditor poſſit quemlibet eorum inſolidum conuenire.*
5 *Pendente iudicio contra vnū, an poſſit agere inſolidum contra alterum.*
P *Plures an poſſint in eodem libello conueniri uel accuſari, & ſi conueniāt ſaparatim, an tunc poſſint cogi ad inſtantiam creditorum unum tantū dare libellum.*
7 *Si creditor agit contra quemlibet ex correis pro parte, an uideatur actionem diuiſiſſe.*
8 *Si debes mihi centum poſſum petere quinquaginta, & qualiter debeam petere.*
*Quòd poſſim petere partem à fideiuſſore, & partem à principali.*
*Si vnus ex reis ſoluit partem, an pro reſiduo poterit æqualiter conueniri cum altero.*

1 **§. Vbi duo.** †Creditor pōt vnum ex reis, debēdi quem vult ↄuenire & exigere inſolidum: pōt etiā quemlibet eorum cōuenire pro parte. Item vno ſoluente liberatur alter. h. d. vſq; ibi (partes autem.) ſecundo qñ quēlibet pro parte vſq; ibi, (vtique) tertio qñ vnus ſoluit totum an liberet̃ alter. & pmiſſa rōne determinat ꝙ ſic: venio ad caſum.) ¶ In gl. j. ibi. (arg. ↄ infra iudi. ſol. l. iam tñ.) dic iſtud ↄrium venit ad ſ'm caſum huius §. Et rñde ꝙ contrarium loquitur in reo qui volebat diuidere defenſionem, & non pōt inuito actore, qa intereſt actoris ꝙ non diuidat̃. hic loquit̃ in actore qui volebat diuidere petitionē. & hoc poteſt inuito reo, cum ex hoc reus non ſentiat damnum, ſed vtilitatē. ſufficit. ſuꝑ iſtis gl. non habeo plus dicere. ¶ Opp. ↄ primum dictum ꝙ non poterit vnus ſolus ↄueniri inſolidum, vt in Auth. de duob. reis. Sol. illud de iure nouiſſimo. vt dixi in l. j. Sed ↄ ſecundo qđ idem eſt de iure antiquo, vt j. de fideiuſ. l. & ſi dubitet̃ C. de conſti. pec. l. fi. Sol. illa iura loquunt̃ in his q̃ tenentur acceſſoriè ꝓ alio, vt fideiuſſores, ↄſtitutores, & mandatores, in qbus ēt de iure veteri mitius agebatur, q̃ cum illis qui tenebantur pro ſeipſis. nam licèt qs teneat̃ inſolidum mero iure, vt Inſti. de fideiuſ. §. ſi plures. tamen habebant beneficium diuiſionis ex epiſtola diui Adria. de qua in l. ſi dubitetur. C. de fideiuſ. ¶ Sed ↄ tertio ꝙ idem in illis qui pro ſe tenebantur, vt in pluribus tutoribus, aut curatoribus, vt l. j. §. nunc tractemus. de tu. & ra. diſtra. Sol. ibi tenebantur rōne officij neceſſarij, cum quibus ēt mitius agebatur, q̃ cùm his, qui ex cā merè voluntaria tenebant̃. ¶ Sed quarto ꝙ idem in his qui ex cā merè voluntaria, vt pluribus apud quos depoſita eſſet eadē res, & ꝑ culpam vel dolum ipſorum fuiſſet deteriorata, nā qlibet tenet̃ inſolidū, vt in l. ſi duo. ſ. depoſi. & eſt cā mere voluntaria, & tamē ↄueniunt̃ exemplo pluriū tutorū, vel curatorū, vt in l. j. §. ſi apud duos eo. ti. depo. ergo habebant beneficium diuiſionis, ſicut & illi. qđ ēt tenet hic Bar. ſed reſponde hic ſuſtinendo hanc opi. ꝙ tenent̃ ex obligatione legali. ſed hic loqtur in his, qui tenentur ex ꝓprio ↄctu, & obligatione ↄuentionali. nam in ſecundario obligatio ꝑuenit ex obligatione legali ad intereſſe & mitius agit̃ cū lege, q̃ cum hoīe.
2 ¶ † Vltimò oppo. ꝙ idē in his q̃ ex proprio ↄctu & obligatione ↄuentionali, vt l. vnde q̃ritur. ſ. commoda. Sol. & tenementi. ſi conueniebant vnum ex reis debendi inſolidum hoc iure & ipſe dicebat cōueniri ſe ꝓ parte tñ, & alterum pro altera parte, qa erat ſoluendo, nō audiebat̃ hoc iure. vt hic, ſed ſi dicebat ad alterū ꝑueniſſe vtilitatē ↄctus, & nō ad ſe, & paratus erat hoc oñdere, & ēt ꝙ ille excuteret̃ ſuo periculo, & impēſa, ēt iure iſto debebat audiri ꝑ l. ↄria. qđ ēt not. & iō ſi hodie tota pecunia ꝑueniſſet ad vnū tñ, licèt alter ſe obligaſſet ęquè principaliter, poſſet petere, ꝙ ille prius excuteret̃. Ita vr̃ ſentire hic Bar. tñ ipſe intelligit hoc verū, qñ ita eſſet actum inter creditorem, & illos duos obligatos, ꝙ ad vnum tñ ꝑueniret tota pecunia. ſed ſi hoc non conueniret cū creditore, licèt illi inter ſe hoc fecerint: maius eſt dubiū, qa factum illorum nō dēt nocere creditori. tñ adhuc idem tenet ꝑ illā l. no. ſed Guli. de Cu. vr̃ ſentire in l. ſed Iul. ſ. ad Mace. ꝙ ēt in primo caſu, qñ fuit actum inter creditorem, & illos ex quo creditor tñ voluit, ꝙ vterq; ſe obligaret æquè principaliter ad hoc, vt iſtud aliqd operet̃, non habeat ille ad quē pecunia non ꝑuenit bñficium excuſſionis. qđ ego intelligo verum, qñ fideiuſſor vellet hoc opponere dicēs, ꝙ licèt non ſe obligauerit principal'r, ex quo ad ipſum nulla vtilitas ꝑuenit, debet reputari vt fideiuſſor. nā tunc nihil oꝑaretur cautela aſſumpta, ꝙ obligaretur ęquè principal'r. ſed ſi vult opponere tanq̃ correus, puta ꝙ alius conueniatur pro parte ſua, nō dico inſolidū, licèt ad alium inſolidum ꝑuenerit, & ipſe pro ſua. licèt ad eū nihil ꝑuenerit, tūc hoc poterit opponere. & ita intelligo opi. Bar. niſi fuerit renunciatū bñficio diuiſionis, & ſic in effectu non poterit opponere bñficium excuſſionis, ſed diui-
3 ſionis. ſic ſufficit ꝓ iſta mane. ¶ † Quod aūt dixi plures reos debendi habere hodie bñficium diuiſionis ſi oēs ſunt p̃ſentes, & ſoluendo, uel bñficium excuſſionis, ſi dubitat̃ an alter ſit ſoluēdo, procedit in his, qui obligati ſunt ex ꝓprio ↄctu, vt patet ex d. Auth. nō ſic, ſi ex ↄctu alieno. ut plures mercatores habentes vnū inſtitorē, nā ex contractu celebrato cū illo qlibet eorū tenet̃ inſolidū, vt in l. j. in fi. de exerci. ne in plures pſonas diſtinguat̃ q cū vno ↄtraxit. vt in l. ne in plures. q̃ ibi ſequit̃, & dicūtur plures rei debēdi, vt no. Bar. j. eo. l. eadē. in prin. & ī iſtis nihil eſt immutatū ſ'm Bar. qm̃ adhuc durat eadem rō. & ſic nec olim, nec inter iſtos locus erit bñficio diuiſionis ſ'm Bar. qđ ſatis placet, licèt Ang. videat̃ tenere ↄtrarium. j. e. l. reos. Itē ꝓcedit qñ inter correos ſubeſt altera fideiuſſio, ut patet. ex d. auth. quę de hoc facit mentionē, al'r nō eſſet locus dicto bñficio diuiſionis ſ'm Bar. tunc aūt eſt altera fideiuſſio, qñ ſunt obligati ex contractu oneroſo, ex quo cōiter ad vtrunq; ꝑuenit vtilitas, iō ſi vnus ſolueret totū, recuperaret a correo pro parte, q̃ ad illū ꝑuenit. vt no. in l. j. C. e. & plenè j. e. l. reos. ideo dictat æquitas, ꝙ ſi ille eſt p̃ſens, & ſoluēdo, ꝙ ↄueniat̃ ꝓ rata ſua à creditore ꝓ qua poſſet cōueniri à correo ſi totū ſolueret, vt vitet̃ circuitus, ſecus ſi ex cā lucratiua, qa tunc ſi unus ſolueret totū, nihil recuperaret a correo. ut no. in l. ſi Titio. de leg. ij. & plenè j. e. l. reos. unde nō dicunt̃ inuicē fideiuſſiſſe, & ꝑ ↄſequēs nō hn̄t beneficium diuiſionis ſ'm Bar. & ſ'm hoc ſi tota vtilitas ꝑueniſſet ad vnū, & alter ↄueniret̃, poſſet petere ꝙ ille prius excuteret̃, & ñ eſſet bñficium diuiſionis, ſed excuſſionis in totū, quod ēt tenuit Bar. vt ſ. dixi ꝑ l. vñ qritur ↄmoda. Sed ego. ſ. dixi ↄrium, quia intētio partiū vr̃ fuiſſe, ꝙ quilibet ↄueniretur ęquè principaliter, poſtq̃ quilibet ſe principaliter obligauit. & ſic vr̃ renuntiaſſe beneficio excuſſionis ſ'm Guil. de cu. ideo vr̃, ꝙ ēt inter illos, qui ſunt obligati ex cā lucratiua, & ſic non vñr inuicem fideiubere locum haberet beneficium diuiſionis. & hoc vr̃ tenere do. Rapha. hic qđ placet. Nec ob. l. vñ q̃ritur, quia ibi conueniebant̃ extra id de quo fuit actum à principio hic ad illud de quo fuit actum, vnde non ſubeſt eadem æquitas excuſſionis, ideo non habet locum ↄ intentionem partium, quia non reperit̃ iure cautum ſicut, reperitur de
4 beneficio diuiſionis. ¶ † Vltimo circa iſtum articulum q̃ritur. qđ ſi creditor vult conuenire quemlibet reum debēdi inſolidum an poterit: ſi. n. vult conuenire ꝓ parte, ↄſtat ꝙ ſic. ut hic. In ſecundo caſu Bar. tenet ꝙ poterit duob. ↄcurrentibus primò ꝙ ſimul eos conueniat eodē libello, uel diuerſis eodem tꝑe porrectis. Item ꝙ
a dicatur in libello ꝙ erit vnica ſolutione contentus.[a] & ꝙ ſententia ſit conformis libello, al's non poſſet condemnari Itē probatur in l. j. C. ſi plures vna ſnīa. vbi patet ꝙ poteſt condemnari per iudicem quilibet inſolidū, ergo a quolibet inſolidum pōt peti, ut patet ex no. in l. j. C. de fideiuſ. in gl. parua q̃ dicit ita exigi, ꝙ illa ꝓteſtatio eſt neceſſaria. Sed Bal. in l. ſi plurib. de lega ii. tenet ꝙ non ſit neceſſaria. quia tacitè ineſt, ſi conuenit eos tanquam correos, vt patet hic in fi. vbi ſufficit vna ſolutio. Et hoc nota pro ſuſtētatione libelli, quia ſecundum Bar. reijceret̃ libellus tanq̃ ineptus, si non eſſet illa proteſtatio, & proceſſus agitatus ſuper eo non valeret, & qñcunque poſſet opponi de ineptitudine, & nō valeret ſnīa, vt not. Inſt. de obli in prin. & ꝑ Bal. in l. actori. C. de iureiu. quæ oīa ceſſant retenta opi. Bal. Si aūt primo conuenit vnū, poſtea ex interuallo dat libellum contra alterum, an ille poterit ſe tueri exceptione li-
b tis pendentis[b] contra primum ut nō cogat̃ reſpondere? Tres fuerunt opi. Prima ꝙ sic, vt no. in Auth. de duob. reis. in corpore. & fuit opi. Azo. Secūda fuit Dy. ꝙ in prima inſtantia poſſit, ꝑ l. quoties. §. si creditor. de pecu. ſed pēdente cauſa appellationis ↄ primū bñ pōt agi ↄ ſ'm per l. creditor. in prin. ſ. manda. Tertia eſt opi. Bar. qui non videt rōnē diuerſitatis inter primam inſtantiā & inſtātiā cāæ appl'onis, ideo tenet indiſtinctè, ꝙ lite pendente ↄ primū ↄuētum

ADDITIONES.

a ¶ Cōtētus Adde Bal. in l. j. C. de fideiuſ. tu. & dicit Bal. in l. fi. in fi. C. ꝙ cū eo. ꝙ procedit libellus ſimpliciter ↄ dominum de peculio, licèt nō dicatur quatenus eſt in peculio, quia Iudex habet poſtea moderare quod not. & vide quod not. gl. & Doct. in l. ſemper. §. in ſepulchro. ſ. quod vi aut clam.
b ¶ Litis pendentis. Vide Bal. in l. fi. C. de fideiuſ. & in l. fin. C. de duobus reis. Imo. in l. hoc amplius. §. fi. cum ſe. de dam. infe.

tum non prohibetur creditor agere contra alium correũ per illã
l.creditor.in prin.nec ille põt ſe tueri exceptione litis pendẽtis. &
rñdet ad l.quoties.§.ſi creditor.quia loqtur in actionibus q̃ per e-
lectionẽ tollunt̃,hic non ſic.Iſtud dictũ Bar.procedit ſine dubio,
ſi primus cõuẽtus eſſet ꝯtumax in primo iudicio,nã tunc ſecun-
dus cõuentus nõ põt opponere exceptionẽ litis pẽdentis ꝯ̃ alte-
rum,q eſt contumax,ſicut poſſet opponere de alia lite pendente
ꝯ̃ ſeipſum ſup eodẽ coram alio iudice.poſtq̃ ille eſt contumax,vt
idẽ Bar.not.in l.ſepulchri.ff ſepul. viol.& in l.vbi cœptũ.ſ. de iudi.
Et ita expreſsè determinat Bar.in caſu noſtro. ſ. de dam. infect.l.
quamuis alienus.cũ l.præcedẽ.q̃ incipit hoc amplius,vbi hoc col-
ligit̃:ſed ſi non eſt ꝯtumax in prima lite,vr̃ dicẽdum ꝯ̃riũ, qñ pri-
mum iudicium ſic ſe hẽt,ꝙ abſolutoria lata pro primo conuẽto,
põt parere exceptionẽ rei iudicatæ ſcd̃o conuento,vt ſi eſſet lata
ſuper facto,prout determinat Bar.in l.ex duob. ĵ. eo. in iiij. q̃one
ꝑ l.duob.§.j.de iureiurã.ergo non admittit̃ ꝯcurſus,& cumulatio
dictorũ iudiciorũ.ꝑ l.fundi.& l.fundũ.ſ.de exceptio.& ſine dubio
ſi determinatio Bar.in d.l.ex duob.eſſet vera,determinatio ſua q̃
ponit hic eſſet falſa ꝑ dictã rõnẽ.ſed puto illã non eſſe veram,ſed
potius iſtã,qa dũ in iur̃o diſtinguit̃ an ſit iuratũ ſup facto, an ſup
actione,vt d.l.duob.§.j.in ſnĩa tñ non diſtinguitur,immo lata pro
uno non prodeſt alteri ẽt fideiuſſori.& ẽt ſi ſit lata ſup facto,pro-
ut Bar.determinat in d.§.j.& in l.adulter.§. fin. de adult. & ita fuit
5 diſputando determinatũ per Richar.Mal.¶†Tene ergo ꝙ pẽdẽte
iudicio ꝯ̃ primũ,põt agi contra alium inſolidum obligatum ſm
Bar.ſufficit tñ vna ſolutio.& iſtud no.nã al's habui de facto cõſu-
lere qñ erant plures obligati ad idem.an lite pendẽte ꝯ̃ vnũ,poſſet
inchoari iudiciũ ꝯ̃ alterũ,& oportuit me recurrere ad hic not. Et
ꝑdicta de primo caſu huius §.& ſubdit Bar.hic ꝙ ſi factum fuit ꝯ̃
quemlibet inſolidum eodẽ libello,vel diuerſis ſimul traditis, dẽt
negotium cõiter examinari & ſimul terminari.vt colligit̃ in auth.
ꝑdicta.Et ſi ꝯ̃ fieret,poſſet appellari,ſed olim hoc non erat,immò
poterat terminari q̃tum ad vnum,& quantũ ad alterũ ſupſederi
ꝑ l.nõ idcirco.ſ de iudic.& illud eſt tertiũ quod addit̃ ꝑ illã authẽ.
dicit ẽt,ꝙ non expedit opponere diuiſionis bñficium, niſi in exe-
cutione ſnĩarum,,ſed qñ vnus ſolus conuenit̃, debet opponi añ
latã ſnĩam.& niſi opponat̃,poſtea non poſſet opponi, immò mit
tetur ſnĩa executioni inſolidum ꝯ̃ ꝯdemnatum.quod tene menti
6 per ea q̃ no.in l.ſi dubitet̃. ĵ.de fideiuſ.†Quod aũt in eodẽ libello
plures obligati ex eadem cã poterint conueniri, patet ꝑ l.ſi qs cũ
teri noſtrum ſoluendo libereris.h. d. iſta ſingularis l.per quam pa-
tet,ꝙ ſi ſtipulamur operas concernentes perſonas noſtras, vt ſer-
uire in camera,uel operas familiaritatis,non ſumus duo rei credẽ-
di propriè loquendo,& aliæ operæ ſunt exhibendæ mihi, aliæ Ti-
tio ꝑꝑ diuerſos mores,& naturas hominum.Et habebunt locum
ea,quæ dicta ſunt de liberatione fienda.& non obſt. l.nemo.s̈.eo.
quia ibi non cohærebant perſonis. & loquitur ex parte reorũ de-
4 bendi.¶†Item dicit Bar.in l.fi. ỹ.eo.per hanc l.ꝙ ſi plures.cum plu-
ribus faciunt pacem de eadem iniuria,& promittunt ſe non offen
dere ſub certa pœna quilibet,inſolidum, non poſſunt dici plures
rei debendi,vel credendi,tam in principali,q̃ in pęna.alia eſt offen-
ſa,quæ fit vni,uel per unum, q̃ altera quæ fit per aliũ. uel alteri. Et
quid iuris ſit ſi vnus tm̃ offenditur, an ſtipl'o pœnalis cõmittatur
cuilibet ex alijs inſolidum, & an ſi vni ſoluat̃, cõtingat liberatio ab
altero,dic vt ibi per eum.¶Contra illud exemplũ de dote. opp.de
l.ij.C.de dote cau.nõ nume.Sol.ibi ex parte ꝓmiſſorum, poſſunt
plures rei debendi conſtitui in dote. hoc ex parte ſtipulatorũ, qñ
vnus erat ɔ̃cturus matrimoniũ, alter non, per rationem de qua s̈.

LEX XVI.

1 *Per litis conteſtationem alter ex duobus reis credendi præoccupat ſibi debitum.& extingui obligationem alterius, & facit,ut nec illi poſſit ſolui quantum ad hoc, vt liberetur à præoccupante.*
2 *Si lata eſt ſententia abſolutoria pro uno ex correis debendi ſuper facto, an proderit correo.*
3 *Quando ſunt ſocij,an pactũ unius minus noceat ſocio,quã quãdo nõ ſunt.*

1 EX duobus. †Per litis conteſtationem alter
ex duobus reis credendi p̃oc-
cupat ſibi debitum, & extinguit obligationem alte-
rius,& facit,ut nec illi poſſit ſolui quantum ad hoc,vt
liberetur a præoccupante.h.d.caſus eſt iſte.¶In gl.ibi.(& iureiurã-
do ab uno delegato.) & not. ꝙ in iſtis tribus.ſ.in conteſt. facta ab
uno de correis credendi,uel in acceptilatione iuri cũ iſta noceant
correo,non diſtinguitur an ſint ſocij, uel non, per l.fideicommiſſ.
§.plerunq;.de leg.iij.qui tm̃ loquitur in conteſtatione. Sed idem in
acceptilatione,& delatione iuri, quæ habent uim conteſtationis,
& ſolutionis,nam in uera ſolutione facta, uni ſimiliter non eſt di-
ſtinguendum,quia vtroque caſu liberatur ab altero, ſed in pacto
de non petendo facto ab uno eorum, quod non habet vim con
teſtationis,nec ſolutionis diſtinguitur an ſint ſocij,& tunc non no
cet alteri,an non ſint ſocij,& tunc nocet.l.ſi unus. in prin.s̈.de pac.
Ratio primi eſt, quia poſtq̃ ſunt ſocij, debitũ dr̃ eſſe cõe, ꝙ qcq̃d
alter ſolus exigeret,teneretur cõicare cum altero actione pro ſo-
cio,ideo non põt illi præiudicare per pactum: ſed qñ non ſunt ſo-
cii,debitum non dr̃ eſſe cõe,ſed illius qui præoccupat,& ille qui fa
cit pactum,vr̃ præoccupare,hoc tm̃ intelligit qñ eſſent correi ex cã
lucratiua,ut quia debitor promiſit ex cã donationis, nã nunc qđ
unus exigeret,non tenetur alteri cõicare,ideo ſi præoccupat,eſſi-
citur ſuum proprium,& per pactum põt illud remittere, & paci-
ſcendo præoccupat,& remittit:ſed ſi eſſent ex cã oneroſa,ut quia
mutuaſſet pecuniam cõem, tunc eſſet idem quod in primo caſu,
quia eſſet ſocietas incidens, licèt non conuentionalis ꝑꝑ cõem pe
cuniam,& ſi alter ipſorum totum exigeret,tenetur alteri cõicare,
quatenus de ſua pecunia mutuatus eſt, & ſic eſſet debitũ cõe.Et
hoc colligitur ex his quæ hñt in l. in lege Fal. hoc eſſe ſeruandũ. ad
l.Fal.& ita no.in d.l.ſi unus.in prin.& Gui.de Cu.Et ex his apparet,
ꝙ ſi unus cõteſtatus eſt litem,& ſic præoccupauit debitũ,quæcũ-
que ſñia ſequatur, ſiue condemnatoria, ſiue abſolutoria, nihil ad
rem,quantũ ad correum,quia nec cõdẽnatoria prodeſt,cum de-
bitor ab illo fuerit liberatus per cõteſt. nec abſolutoria nocet, uel
proprius non nocet,quia nocuit conteſta. & amplius abſolutoria
nocere non poteſt, & ita poteſt intelligi quod ſubſiſtit. in fi.gl. ibi.
(uel ſecundo,hic egit unus,& ſuccubuit &c.) Cetera vide hic ple-
niſſimè per Bar.qui quærit de multis,an noceat, uel proſit correo
debendi,uel credendi. Et eſt vtilior paſſus, qui ſit in iſta mã, quem
2 ipſe hic examinat per ſingulos caſus.¶†Vnum tm̃ dicit,quod mihi
non placet,ꝙ ſi lata eſt ſñia abſolutoria pro uno ex correis deben
di,& lata ſit ſuper facto, ut quia pronunciatur illum ɔ̃ctum non
fuiſſe celebratum, ꝙ iſta ſñia proderit correo,ſicut & iuramentũ
præſtitum ſuper facto per unum ex correis. vt l.duobus.§.fideiuſ
ſore.& §.j.de iureiu.ſed vult expreſſe ɔ̃rium,ꝙ aliud ſit in iuramẽ-
to quod præſtatur ex uoluntate partis, aliud in ſententia, in qua
pars non conſentit,cum fertur ɔ̃ eã,& eſt magis ſtricti iuris, ut in-
diſtinctè non proſit alteri,& ita diſputando tenuit Rich. Malum.
vt ipſe refert ibi,& in l.adulter.de adulter. Et tetigi s̈.eod.l.iij.§. fin.
3 ¶Item ɔ̃ iſta glo. & id quod s̈. dixi.ꝙ† quando ſunt ſocij pactum
vnius minus noceat ſocio, q̃ qñ non ſunt, facit id quod habetur
ỹ.eo.l.pen.in glo.& l.mora.§.fin.de uſuris.ubi dicitur totum econ-
uerſo, & magis nocet, cum ſunt ſocij, quàm quando non ſunt.
Sol.caſus ſunt diuerſi,quia ibi in reis debẽdi, & in mora.hic in reis
credendi,& in pacto,ubi ſubeſt alia ratio,ſi recte conſideretur.

LEX XVII.

Siue acertis. Hæredes tenentur ad onera legatorum
ꝓ hæreditarijs portionibus,ſiue omnes,
ſiue aliqui eorum ſint grauati, dum tamen non per propria no-
mina,quia tunc tenerentur vtiliter.h.d.text.cum glo.¶In text.ibi.
(nominatim.)i.expreſſim, non dico nominibus proprijs expreſ-
ſis, ſed appellatiuis, ut quia inſtituerat tres, vnum in dimidia, &
quemlibet ex alijs duobus in quarta, & dixit vt duo, quos primo
inſtituerat,ſoluerẽt tali centum, nam vult glo. fin. in fin.ꝙ licèt in
primo expreſſiſſet eorum nomina, iſtud tm̃ relatiuum quos, non
cenſetur eadem propria nomina repetijſſe,quia tunc tenerent vi-
riliter,ſed cenſetur relatum ad uerbum inſtituerat, ex quo reſul-
tat nominatio per nomina appellatiua,quam glo.tene menti.facit
l.ſi plures.de vulg.& pup.& C.de impub.& ali. ſubſt.l.fi. tenentur
ergo iſti pro hæreditarijs portionib.Sed ɔ̃, quia ſi hoc eſt, non te-
nebũtur ad totã ſummam, immo inſtituuts in dimidia tenebitur
ad dimidiã de centũ,inſtitutus in quartã tenebitur ad quartam al-
terius dimidiæ,& remanebit altera quarta,quę a nullo debebitur,
cuius ɔ̃rium patet. ỹ.in uerbo. (in totũ.) Sed imò tenebunt̃ ad to-
tã ſummã ꝑ illũ tex.hoc tm̃ mõ,quia ſicut inſtitutus in dimidia hẽt
duplum plus q̃ inſtitutus in quarta, ita & facta diuiſione de centũ
in tres partes, inſtitutus in dimidia debebit duas, & inſtitutus in
quarta dẽbit tertiã.Ita intelligo iſtũ tex.ar.l.ſi teſtõ.§.ij. de leg.j.& l.
Marcel.in prin.ad Treb.licèt gl.& Doct.nõ declarẽt illud ſufficit.

LEX XVIII.

1 *Mora unius ex reis debendi,an noceat alteri remiſſiuè.& nu.2.*

1 EX duobus. †Mora vnius ex reis debẽdi alteri
nocet.h.d.ſm intellectum gl. & ſic
ponitur hic factum pro nõ facto, quia mora cõmittitur
in non faciendo.Sed ɔ̃ iſtũ tex.vr̃ tex.expreſſe ɔ̃rius in l. mora.§.fi.
de vſuris.Gl.dicit ꝙ hic loquitur qñ erant ſocij, ibi qñ non erãt,&
ſic magis nocet factum ſocij,q̃ factum nõ ſocij, cuius ɔ̃rium dixi
2 s̈.in l ex duobus. ſed dic, vt ibi. † Iſta tm̃ diſtinctio non procederet
in mora commiſſa circa interruptionem præſcriptionis, qñ inter
ruptio facta ɔ̃ vnum ꝑ citationem, præiudicaret alteri, ſiue eſſent
ſocij,ſiue non,per l.fi.C.eo.quia ſi non præiudicaret,ſocius lucra-
retur,vnde cum tractet de lucro captãdo, facilius ſibi præiudicat,
& intellige quantũ ad effectũ perpetuandi obl'onem, ne ꝑ interi-
tum rei extinguatur, vel quantũ ad vſuras, & tũc ꝓcedit p̃dicta di
ſtinctio.qđ dic vt hic per Barto.& plenius in l.ex duobus.s̈.eod.in
x.q.vbi tractat de hoc articulo, an mora vnius noceat alteri.

LEX XIV.

Cum duo. Cum alter ex reis debẽdi eximitur ab obla-
tione,non propterea alter liberatur. Aliud
ergo eſt vnum ſoluere,quia alter liberatur tunc, vt s̈. eo.l.iij.§.fin.
in fin.Aliud eſt, ꝙ eius perſona eximatur ab obligatione, puta cũ
deportatur,nam obl'o ciuili, & naturalis, qua ipſe tenetur, tranſit
in fiſcum,& ab illius perſona recedit,ſicut ſi vere mortuus eſſet,
ideo non dicitur proprie liberari,ſed ab obligatione eximi,vt ỹ.de
fideiuſ.l.ſi fideiuſſori deportato.ſm intellectum. & not.in l.j.C.de
fideiuſ.vnde correus remanet obligatus, & pro ipſo poteſt acce-
dere fideiuſſor.& ſic no.caſum in quo obligatio,& actio perſona
lis, quæ inhæret oſſibus, recedit ab eis, & in alium tranſit viuente
obligato, ſed fingitur non viuere, cum deportatus mortuo cõ-
paretur,vt l.decem.§.deportatus.de bon.lib.

De fideiuſſoribus & mandatoribus. Rub.

1 *Differentiæ inter mandatorem, fideiuſſorem, conſtitutorem, & expromiſſorem.*

Super glo.rubricæ ibi:(nam ſemꝑ fideiuſſor ſequitur obl'onem.)
Dic hoc eſt verum quantum ad effectum, non quãtũ ad ɔ̃ctum,
quia ɔ̃ctus fideiuſſoris,poteſt præcedere ɔ̃ctum, & obl'onẽ prin-
cipalis debitoris,vt ỹ.eo.l.poteſt.& l.ſi ſtipulatus ſum.§.fi.ſed man-
1 datũ cõfertur ſemper ante.†Et de drĩjs inter mandatorẽ,& fideiuſ
ſorẽ vide gl.pleniorem in §. ſi poſt creditã. allegato ꝑ gl. & in Au-
then.eo.titu.de fideiuſſo.in princ.& inter alias fideiuſſor non obli-
gatur,niſi verbis,vt l.blanditus. C. eo.ſed mãdator obligatur ſolo
conſenſu.

conſenſu. Itē prima obl'o eſt ſtricti iuris, ſecunda bonæ fidei. Habemus ēt conſtitutorem, qui tenetur acceſſorie ſicut & prædicti. de quo in tit. de conſt. pecu. & ille obligatur ſolo pacto etiā nudo, & tenetur actione prætoria, non ciuili. & in omnib. iſtis oportet præcedere principalem. Habemus etiam promiſſorem, qui principal'r ſe obligat, ēt pro eo qui nec eſt obligatus, nec ſperatur obligari, de quo in l. & elegāter. §. ſeruus pactionis. ſ. de dolo. & per gl. in auth. eo. tit. in prin. quæ incipit no. dñam, & licèt de mandatorib. tractetur principal'r in mandati. attñ etiam hic incidenter tractatur in aliquib. legib. ideo dicit rubrica de mandatorib. licèt Rogerius dixerit, ꝙ dum dicit mādatorib. loquitur de principalib. debitorib. qui mandant fideiuberi, ſed non eſt verū, de illis. n. loquitur tit. mandati, qualiter ꝯhatur obligatio inter eos, & fideiuſſores. ſed hic loquitur de mandatorib. qui tenentur acceſſorie.[a] nam ſi mandes mihi, ꝙ mutuem Titio teneris mihi pro eo, ac ſi fideiuſſiſſes.

ADDITIO.

a Acceſſoriè. Sed quid ſi non apparet, quis prius, & quis poſterius? vide per Bar. in l. ſi prius. de vulg. & pup. & an fideiuſſor de iudicio ſiſti, vel de aliquo præſentando dicatur propriè fideiuſſor. vide per Bal. in rub. C. eo.

LEX PRIMA.

1 *Lex iſta, quòd duplicem habeat intellectum.*
2 *In ciuili obligatione tātū, an poſſit accedere fideiuſſor, & quid in naturali.*
3 *Fideiuſſor an poſſit promittere pœnam, licèt principalis non promiſit.*
*Fideiuſſor an poſſit accedere pro officio iudicis, quod obligationem nō præſupponit.*

1 Omni obligationi. † Lex iſta duobus modis ītelligitur. i. ſiue obl'o oriatur ex ꝯctu, vel quaſi. Itē ſi oriatur ex ꝯctu, ſiue ꝯhatur re, ſiue verbis, ſiue cōſenſu, ſiue rei interuentu, pōt accedere fideiuſſor, ſi eſt obl'o efficax ad agendū, & de obl'one ex delicto eſt caſus, licèt gl. nō alleget. ỹ. eo l. Græce. 2 §. ſed & ſi ex delicto. ſecundo modo pōt intelligi, † ꝙ poterit accedere non ſolum nāli, & ciuili ſimul iunctis, quæ pariunt actionē, ſed ēt nāli, & ſoli ciuili, licèt non pariant actionem. de nāli patet ỹ. l. ſi ſtipulatus. §. fi. de ciuili ſunt duæ glo. ꝯriæ. nam in l. quod enim. ỹ. eo. tenet oppoſitum, ꝙ pro ſola ciuili non poterit accedere. de hoc. not. per Cyn. in l. ſi cui. C. de non num. pec. ¶ Breuiter debes ſcire, ꝙ ciuilis interdum ſolam parit actionē, vt patet in obligatione literarum. Inſti. de literarum obli. & tunc non eſt dubium, ꝙ ꝓ ea pōt accedere, & ita intelligatur iſta gl. Interdum nō parit actionem, & tunc non ſolet etiam impedire repetitionem ſoluti, quia vt plurimum contingit, ꝙ ſola ciuilis, quæ remanſit ſine nāli, & eliſa per exceptionem, vt in illa quæ remanet poſt pactum de non petendo, vt l. ſi vnus. §. pactus. ſ. de pact. vel poſt iuſiurādum, vt in l. fi. de iureiu. & pro illa nō pōt accedere cū effectu, quia exceptio competens principali, cōpetit ēt fideiuſſori, vt in l. exceptione. ſ. de excep. & hoc qñ ante eliſionem fideiuſſiſſet, vel ēt poſt ignoranter, aliàs videretur renunciaſſe exemplo. & teneretur efficaciter. vt ỹ. eo. l. ſi quis poſtq̄. ¶ Pro nāli verò ēt ſola pōt accedere fideiuſſor, poſito ꝙ actionē non producat, ſi tñ per exceptionē non eſt eliſa, quia ſaltem ſolet impedire repetitionem ſoluti per errorem iuris. & hoc ſufficit, vt fideiuſſor poterit accedere, vt eſt caſus in l. quod enim. ỹ. eo. ſed ſi eſſet eliſa per exceptionem, vt in illa quæ remanet poſt præſcriptionem, quæ tollit ciuilem, cum ſit de iure ciuili, & elidit nāle, vt no. ỹ. rē ra. ha. l. fi. dic vt ſ. dixi in ſola ciuili, patet ergo, ꝙ licèt fideiuſſor non poterit in duriorē caſum intercedere, nec in plus ſe obligare, quàm principa. vt l. græcè. §. illud. ỹ. e. poteſt tñ obligari efficacius, quia principa. nāliter tantum, & fideiuſſor ciuiliter, & naturaliter. & ſic principalis non poteſt cōueniri, & fideiuſſor ſic, nec habebit tunc beneficium excuſſionis, ſicut ſi eſſet inops uel abſens, de quo tetigi. ſ. de duo. reis. l. ſi ex duobus. §. ſi a Ti-3 tio. † Poteſt ēt fideiuſſor promittere pœnam, licèt principalis non promiſit per l. fi. & ibi Bar. ſ. de eo quod cer. lo. ¶ Sed an poſſit accedere fideiuſſor pro officio iudicis quod obl'onem non præſupponit, vt in l. qui per colluſionē. §. fi. de ac. emp. Rñdeo ſic tā mercenario, ut d. l. fi. & l. centum Capuæ. de eo quod cert. lo. & l. quæro. ſ. loca. q̄ etiam nobili, ut ỹ. de ſol. l. cum quid. §. ſi quis pro eo.

LEX II.

Et commodati. Ego intelligo iſtam l. vt loquatur de obl'one ſecundaria, quæ ꝯhit in commodato, vel depoſito ratione doli, vel culpæ ad intereſſe, vt pro illa poterit fideiuſſor accedere, qñ depoſitum, vel cōmodatum fit pupillo ſine tutoris authoritate, vel ſeruo, qui non obligatur niſi nāliter, & tenetur fideiuſſor, dūmodo interueniat illorum dolus, vel culpa. nam ſi īteruenit dolus, pupillus reputatur maior, & obligatur ciuiliter, & nāliter. vt in l. j. §. an in pupillum. ſ. depoſi. & quod dixi de dolo, idem eſt ī lata culpa. gl. eſt in l. fi. §. ſi pupillus. ſ. de ꝓcur. De leui autē in depoſito nullo modo obligat, q̄a nō venit in tali ꝯctu. Et ſi eſſet maior, de illa nō teneretur ciuiliter, vel naturaliter. vñ nec nūc nāliter tñ, ſed in ꝯctu cōmodati, in quo uenit leuis culpa, pupillus obligaref nāliter tñ, q̄a ſi eſſet maior obligaretur ciuiliter, & nāliter, & illa eſt culpa leuis, quæ non facit illum cenſeri maiorem, ſicut facit dolus, & culpa. ſeruus autem ciuiliter non poteſt teneri, quia non eſt capax, etiam pro dolo, vel lata culpa, ſed naturaliter tm̄. Si autem loquitur de obl'one primitiua, quę ꝯhitur ad rei reſtitutionem, ſi rem non haberet penes ſe, nec dolo vel culpa feciſſet quominus hr̄et, non teneretur ipſe, nec poſſet accedere fideiuſſor. ſed ſi habet rem, & ſic eſt locupletior, tunc tenetur, ſicut tenetur ratione doli. Sed ſi quæritur qua actione, dic aut erat doli capax, qñ depoſitum, uel commodatum factum fuit, & tunc quia oritur obl'o naturalis ex ꝯctu tenet actione ex eo ꝯctu. & dicunt gl. ꝙ tenetur ciuiliter poſtquam eſt locupletior, ſed ego dico, ꝙ naturaliter tantum, tñ ex illa datur actio ex reſcripto diui Pij, quæ eſt utilis non directa. ſed tunc non erat doli capax, q̄a tūc non fuit orta naturalis, & non tenetur ex illo contractu, ſed datur actio in factum ex æquitate, vel actio ad exhib. Et hæc habentur in l. j. in fi. & ſequent. in prin. ſeq. ſ. commo. Ex his remanent declaratæ gl. quæ ſunt hic, quæ non perfectè loquuntur.

LEX III.

Qui ſatiſdare. Qui tenetur ſatiſdare, nō liberatur ſi dat fideiuſſorem, qui efficaciter non obligatur, vel poſito, ꝙ obligetur attento pn̄ti ſtatu, nō hēt bona, nec ſperatur habere, niſi ſtatum mutet, ſecus ſi dat fideiuſſorē, qui efficaciter obligatur, licèt non habeat bona, tñ ſperatur habere ēt ſtatu non mutato. h. d. Et pone in eo qui promiſit ſatiſdare, vel qui tenetur ex diſpoſitione l. vel ſtatuti, quod in multis caſib. contingit. & aliqñ in iudicio, tūc etiam aliud requiritur, vt videat idoneè ſatiſdediſſe, quia ille fideiuſſor non habet exceptionem fori illius iudicis coram quo ſatiſdat. aliàs non eſt idoneus niſi ei renunciet, vt l. j. ſi quis in ius voca. non ierit. & l. ſi fideiuſſor. qui ſatiſd. cog. veniamus ad caſum. ¶ In tex. ibi. {aut filium.} ſed certe iſte ciuiliter, & naturaliter obligatur etiam iſto iure, præter quàm in mutuo, & uoto. vt l. filiusfa. de ac. & obli. & poteſt conueniri, & condemnari, ut in l. ſi condemnatus. ſ. de noxa. & etiam executio fieri ꝯ eum per capturam perſonæ, & incarcerationem, niſi cedat bonis, vt in l. j. C. qui bon. cede. poſ. Quare ergo non dicitur idoneus fideiuſſor, & quare non liberatur promiſſor ipſe dādo? Rñdeo, quia nec habet bona, nec ſperatur habere ſtatu mutato, ſecus ſi ſtatu non mutato, ut in fi. quia ſola carentia bonorum non redderet eū minus idoneum. ¶ In tex. ibi. {non eſſe impletam ſatiſdationis ſtipulationem.} Dic ex hoc ſequitur, ꝙ perinde poterit conueniri, ac ſi nullum fideiuſſorem dediſſet in omnib. caſib. ſ. dictis, ſicut qui promiſiſſet hominem, vel equum dare, & tradidiſſet alienū, ut ỹ. de ſol. cum quis. §. qui hominem. quia non fecerit quod promiſit, nam ꝓmiſſio de ſatiſdando intelligitur de dando fideiuſſores idoneos, & non dñr idonei in caſib. ſupradictis, ergo non fecit quod ꝓmiſit, non eſt ergo in aliquo liberatus, ſed in ultimo caſu huius l. liberatus eſt promiſſione, tñ ſi erat non ſoluendo, & creditor ignorauit, & iuſtam habuit cauſam credendi, ꝙ reputabatur diues, poterit agi ad intereſſe, non dico, vt detur fideiuſſor, quia datus eſt. & ita intelligitur tex. cum gl. in l. ſi quis ſtipulatus ſit Stichū aut Pamphilum. §. fi. ſ. de uer. oblig. Sed quæritur qualiter intelligantur caſus huius l. Gl. intelligit utrunque caſum tam qñ creditor ignorāter recepit, quā qñ ſcienter, & primo caſu qñ recepit ignoranter, clarum eſt. Sed ſi ſcienter, maius eſt dubium, quia vr̄ ſibi imputandum[a] quare recepit minus idoneum, qui efficaciter non obligabatur, tñ gl. quæ incipit, ſic ſ. vult ſibi non eſſe imputandum poſtq̄ non fecit ſ'm formam promiſſionis, ex qua vr̄ concludendum, ꝙ ſi promiſiſti dare hominem in gñe, & tradis ſeruum alienum me etiam ſciente, quia non facis quod promiſiſti, poſſum te conuenire ut des, ac ſi nullum tradidiſſes. Nec ob. l. ſi fundum. cum ibi no. C. de euic. quia ibi in uenditore, qui non tenetur dominum transferre, ſed tradere, vnde tradendo licèt alienum, facit qđ promiſit, & imputet ſibi emptor ſi ſcienter recepit, vt nec poterit agere de euictione, nec vt iterum tradat tāquam non fecerit quod promiſit, ſecus in eo qui tenetur dare. i. accipientis facere, quia ſi non facit accipientis, non facit quod promiſit, ideo pōt conueniri etiam ab eo qui ſciuit. ut no. Bar. uerum niſi creditor fuiſſet in dolo ꝑ l. ſi Titius. ỹ. eod. ¶ In ultimo qñ non erat idoneus facultatib. ſi recipit ipſum ſcienter, clarum eſt, ꝙ ſibi præiudicat, licèt recipere non teneret, quia vr̄ ipſum approbare ꝓ idoneo, vt hic, & in l. inter cās. §. abeſſe. ſ. manda. ſed ſi ignorauit, & credebat ipſum diuitem, tunc maius eſt dubium. Gl. tñ adhuc idē dicit, ꝙ ſibi præiudicat, ut patet in glo. fi. dum ſubaudit, maximè cum ſciuit. Doct. eam reprehendunt per id qđ hr̄ in d. l. ſi quis ſtipulatus ſit Stichum. Barto. reducit ad

ADDITIO.

a ¶ Imputandum. An hæc diſtinctio locum habeat, uide Bart. in l. ſi cum dotem. §. ſi mulier. ſ. ſol. mat. Sed quid ſi mulier, uel minor accepit fideiuſſorem ſcienter inhabilem, an ſuccurratur eis. vide gloſſ. in l. de die. §. ſi ſeruus, qui ſatiſd. co. glo. in l. in omnibus. ỹ. de reg. iur. Barto. & Doct. in d. §. ſi ſeruus. & quid de debitorib. qui dant alios debitores ſuos, quos ſciunt de proximo fallituros, uide Imo, poſt alios Docto. in l. ſi cum dotem. §. ſi mulier. vbi limitat dicta Doc.

ad concordiã modo quo ſ. dixi. ꝙ ſibi ꝑiudicat quantũ ad hoc, vt non poſſit agere, ꝙ alius detur, quia debitor eſt liberatus, ſed non præiudicat ſibi quominus poſſit agere ad intereſſe, vt in ꝯrio. Ego puto, ꝙ nec ad intereſſe poterit agere, niſi interuenerit dolus dantis, quia affirmauit ipſum eſſe idoneum facultatib vel iuſtiſſima ignorantia, quia cõiter reputatur idoneus, aliàs imputet ſibi creditor quare non explorauit per d. §. abeſſe. vbi vr̃ caſus, ſi bene cõſideretur, & ita intellige iſtum text. aliàs non haberet aliquod dubiũ ſi intelligeretur de ſciẽte ipm non idoneũ, & videmus de facto ſeruari, vñ ſolẽt dari approbatores ꝑ cõitates, qui approbant eorum periculo. caueat ergo qualiter quis recipiat fideiuſſorem &c.

LEX IIII.

a **Poteſt accipi.** [a]Hic non expedit ſcribere, quia clariſſima eſt, ideo ponam caſum in ea &c.

ADDITIO.

a ¶Poteſt. Promiſſor indemnitatis, propriè appellatur ſponſor, de quo vide glo. in l. j. C. de conue. fiſci debito. lib. xj.

LEX V.

**Generaliter.** Idem dicit iſta l. in effectu cum ſeq. qđ l. ſi reus. ſ. de duo reis. & hic adde quæ ibi dixi. Caſus eſt iſte. & adde aliũ quẽ ibi dixeram. & ſi poſt lit. conteſta. ꝯ fideiuſſorem ſuccederet fideiuſſor principali, vel econuerſo, non extingueretur fideiuſſoria, immo ſuper ea daretur ſñia, quia intereſt creditoris, ꝙ

a non extinguatur [a] ne habeat nouum iudicium inchoare, vt probatur in ſimili in l. ſeruus. ſ. de inſa. ſm Ang. & idem vbicunq; intereſt creditoris, ꝙ non extinguatur acceſſoria, vt l. debitor. ſ. de ſepara. & l. hæres à debitore. §. quod ſeruus. ꝫ. eo. Vnde ſi hæreditas hic principalis debitoris eſſet non ſoluendo, & fideiuſſor eius hr̃s faceret inuentarium, eatenus extingueretur fideiuſſoria, quatenus de bonis hæreditarijs poſſet creditor conſequi, ſed quatenus

b non poſſet, durat fideiuſſoria ſm Dy. & vide circa mãm huius l. [b] bonam gl. quæ eſt in l. debitori. C. de pac. & Bar. in l. Stichum. §. qđ vulgo. ꝫ. de ſo. ¶In l. ſi reus. glo. op. de l. Item illa. in fi. de cõſti. pecu. ſ. ubi per electionẽ vnius altera non tollitur. Sol. hic in duab. obl'onibus actiuè concurrentib. in pſona eiuſdem, quo caſu ideo una electa, altera tollitur, qa ſi eſſent penes diuerſos, vno agente, & lit. conte. tolleretur altera, vt ſ. de duo. reis. l. ij. & l. ex duobus. & idem iuris eſſe debet in perſona vnius, quod eſſet in perſonis duorum. ut l. tutorem. de his qui. vt indi. Contrariũ loquitur in plurib. obligationib. paſſiuè concurrentib. in perſona eiuſdem, & ex diuerſis cauſis, quo caſu ſi eſſent in perſonis diuerſorum per electionem vnius, altera tolleretur, niſi ſecuta ſolutione, vt in l. fin. C. eo. & dixi in d. l. ij. eadẽ rõne ſi cõcurrant in pſona vnius vt in ꝯrio. Itẽ opp. de l. ſi is qui. de act. & obl. Sed dic ꝙ ibi ex diuerſis cauſis, hic ex eadem. & ibi etiam per ſolutionem altera per alteram nõ tolleretur.

ADDITIONES.

a ¶Non extinguatur. quid in ceſſionario ſuccedente poſt li. conteſt. cedenti. vide Bal. in l. j. C. de act. & obl. & quid econtra.

b ¶Materiam huius l. Adde Bal. in l. ſi vxor. de bo. auth. iu. poſ. & Sal. in d. l. debitori, & eundem Paul. ibidem.

LEX VIII.

**Quod enim.** In l. quod. n. No. de eo qđ dixi in l. j. ſ. ꝙ tunc pro naturali ſola obligatione põt accedere fideiuſſor, qñ eſt omnino inefficax, ſed ſaltẽ eſt efficax. ut impediat repetitionem indebiti ſoluti per errorem iuris, vt l. error. C. ad l. Fal. quod contingit quando non eſt eliſa per exceptionem, aliàs ſecus, vt in illa quæ remanet poſt præſcriptionẽ. ut l. fin. ꝫ. rem ra. ha. & ibi no. nam tunc diſtingueretur, an intercederet fideiuſſor ex certa ſcientia, an per errorem. vt ꝫ. eod. l. ſi quis poſtq̃. ſed in præcedenti caſu indiſtinctè tenetur fideiuſſor, etiam ſi credat illum teneri ciuiliter, & naturaliter, & intelligitur hic qñ autem eſt eliſa, etiam ſi eſſet ciuilis, & naturalis ſimul, vt in muliere quæ eſt tuta excep. Vellei. ſolutum per errorem iuris repeteretur, licèt ſecus in exceptione Macedoniani, quæ eſt odioſa. vt l. qui exceptionem. de condi. inde. ¶Item glo. hic tenet ꝙ pro ſola ciuili non poteſt fideiuſſor accedere, tu dic, vt dixi in l. j. ſ. eo.

LEX IX.

**Græce fideiuſſori.** In iſta l. vſq; ad §. & poſt litẽ nõ dabo in ſcriptis, qa nihil eſt in effectu. & tex. eſt clarus. hic non ſunt alia.

1 *Etiam poſt litem conte. poteſt obligationi priſtinæ fideiuſſor accedere, & ſi ſit fideiuſſor iudicij, tunc aut de iudicio ſiſti, & liberatur lata ſententia, aut de iudicato ſoluendo, & tunc non liberatur, immo tunc incipit obligari cum lata eſt condemnatoria.*

2 *Fideiuſſor de iudicio ſiſti, an liberetur lapſis quatuor menſib. à die conteſtationis.*

3 *Si a ſententia fuit appellatum, an tenebitur fideiuſſor ſiſtere.*

1 **§. Et poſt litem.** †Etiam poſt litem conteſt. poteſt obligationi priſtinæ fideiuſſor accedere, & ſi ſit fideiuſſor iudicij, tunc aut de iudicio ſiſti, & liberatur lata ſententia: aut de iudicato ſoluendo, & tunc non liberatur, immo tunc incipit obligari cum lata eſt condemnatoria. h. d. Et in ſecundo dicto, ꝙ fideiuſſor de iudicio ſiſti non teneatur, niſi vſq; ad ſñiam excluſiuè. tex. iſte non eſt alibi ſm Doc. ex quo patet ꝙ ſatiſdatio de iudicio ſiſti non continet etiam iudicati, & qui ꝓmittit ſiſtere in iudicio ſe vel alium, non vr̃ promittere ſoluere iudicatum, ſed ſolum perſeuerare in lite vſque in finem, & finis imponitur per ſñiam, ſed econuerſo ſatiſdatio de iudicato ſoluendo bene continet etiam de ſiſtendo, quia continet etiam de defendẽdo, & qui promittit defendere, promittit ſiſtere. & ideo qñ recipiuntur fideiuſſores de iudicio ſiſti, vt plurimum additur, & de iudicato ſoluendo, vt euitetur iſte §. quod no. qñ dantur fideiuſſores ꝓ forenſi, parum. n. valeret ſteriſſe in lite vſq; in fi. ſi lata ſñia anfugeret, nam fideiuſſor non teneretur. facias ergo addi, & de iudicato ſoluendo. Item qñ relaxatur captus pro debito tãquam fugitiuus ſub fideiuſſorib. de iudicio ſiſti, facias addi, & de iudicato ſoluẽdo, uenio ad caſum. ¶In tex. ibi. (quia ciuilis, & naturalis ſubeſt obl'o. Subaudi, nec tollitur per conteſt. ſed noua obligatio illi accumulatur, nam reus incipit in conteſtatione teneri ad perſiſtendũ in iudicio vſq; in fi. fit enim nouatio neceſſaria per conte. non voluntaria, iuxta no. in l. j. C. de iud. Et ſic loquitur hic de fideiuſſore, qui accedit primæ obl'oni, ſuper qua facta eſt conteſtatio, ſed ſequẽs caſus loquitur de illo, qui accidit ſecundæ obl'oni, quæ ꝯhitur in conteſtatione ad perſiſtendum in iudicio vſque in finem. Tertius caſus loquitur de illo, qui accedit obl'oni, quæ oritura eſt ex ſñia condẽnatoria. Primus autem obligatur ſtatim, & non liberatur per ſententiam. Secũdus obligatur ſtatim, & per ſñiam liberatur. Tertius, non obligatur pure, ſed ſub ꝯdõne ſi ſequatur condemnatoria,

2 & per ſñiam purificatur obl'o. ¶†Sed opp. ꝯ ſm caſum, ꝙ fideiuſſor de iudicio ſiſti non teneatur vſq; ad ſñiam, ſed liberatur lapſis

a quatuor menſib. [a] à die conteſtationis. vt in l. Sãcimus. C. de iudi. Dic breuiter, ꝙ loquitur qñ actor negligebat proſequi litem, hic

3 verò proſequebatur. ¶† Sed quæritur quid ſi lata ſñia fuit appellatum, an tenebitur fideiuſſor ſiſtere coram iudice appellationis? dic ꝙ non, quia non cenſetur ſenſiſſe. nec ſe obligaſſe, niſi pro prima inſtantia, vt not. in Authen. de his qui ingre. ad app. per gloſſ. & idem in fideiuſſoribus de iudicato ſoluendo, vt l. cum apud Sempronium, cum ibi notatis. ꝫ. iudi. ſolui.

ADDITIO.

a ¶Quatuor mẽſibus. Sed quid ſi ꝓmiſit ſiſtere quoties placuerit, quouſq; durat iſta ꝓmiſſio, vide Bar. in l. ſi quis reũ. ꝫ. de cu. re. & dicit Bart. in addi. ad Spe. in tit. de oper. no. nunc. ꝙ ſi fideiuſſor de iudi. ſiſti, promiſit reum exhibere, & parere mandatis curiæ, ꝙ non tenetur etiam poſt ſententiã.

**§. A tutore.** ¶Sequitur §. a tutore. & quia clarus eſt, non expedit aliquid ſcribere.

1 *Fideiuſſor non poteſt ſe obligare in duriorem caſum, quàm ſit obligatus principalis, nec etiam in caſum, aut rem diuerſam.*

2 *Si principalis erat obligatus alternatiuè, an fideiuſſor poſſit ſe obligare ſimpliciter ad vnam de alternatiuis tantum.*

1 **§. Illud commune eſt.** ¶†Fideiuſſor non poteſt ſe obligare in duriorẽ caſum, quàm ſit obligatus principalis, nec ẽt in caſum, aut rẽ diuerſam. h. d. in effectu vſque quaſi ad finem. Dr̃ aũt durior, qñ in plus ſe obligat aliquo de quatuor modis. ſ. re, loco, tempore, & cauſa. ut Inſti. de actio. §. plus. de hoc ponuntur exempla hic qñ in maiori ſumma. Item quando cauſa, ut ſi principalis erat obligatus in diem, vel ſub conditione, & fideiuſſor ſe obligat purè. Item qñ intercedit in cauſam diuerſam, uel rem, ponitur exemplum quando principalis erat obligatus obligatione ſimplici ad vnam rem, & fideiuſſor ſe obligat alternatiuè ad illam rem, uel alteram, quia diuerſa eſt obligatio alternatiua a ſimplici, ponitur etiam exẽplum qñ in plus ſe obligat cã, qñ uterque eſſet obligatus alternatiuè, ſed principalis haberet electionem quo ad ſe, ſed creditor haberet electionem quo ad fideiuſſorem, nam tũc fideiuſſor durius eſt obli-

2 gatus. † Quid autem ſi principalis erat obligatus alternatiue, & fideiuſſor ſe obligat ſimpliciter ad vnam tm̃ de alternatiuis, tunc tenetur fideiuſſor, licèt ſint diuerſæ obl'ones, quia tunc obligatur in minus, & de hoc hr̃ in l. hi qui. ꝫ. eo. & ibi pleniſſime per Bar. de iſta materia, qui proſequitur vnã diſtinctionem Dyn. quam fecit in l. Marcellus. ꝫ. eo. in princ. §. ibi. (uniuerſis qui pro alijs obligantur.) Dic ꝙ gl. ꝑ iſtam regulam ita gñalem dicit idem eſſe in mandatorib. & ſponſorib. quod in fideiuſſorib. ſed in ꝯrium vr̃ eſſe tex. in l. ſed & ſi citeriori. ſ. de conſti. pe. vbi obl'o conſti. quæ eſt acceſſoria, poteſt ꝯhi citeriori die, & ſit ꝯcta principalis, & ſic durius, & in plus cauſa. Gl. ibi nititur ſoluere, de hoc vide Bar. in l. hi qui. ꝫ. eo. in fi. ubi tenet ꝯ iſtam glo. per illam l. & per l. in diem. ꝫ. de noua. Sed quo rñdetur ad illum tex. qui ponit regulã ita gñalem? põt dici, ꝙ habeat locũ in mandatore, qui eſt ſimpl'r acceſſorius, nõ in ſpõſore, qui ſe obligat principl'r, licèt pro alio. In conſtitutore verò dic, quod poteſt ſe obligare in plus tpe, ut in illa l. ſed & ſi citeriori. ſed non

& non re,vt in l.hactenus.in fi,eod.tit.¶In text.ibi,(omnimodo.)
dic ꝙ pp hanc dictionem dñt Doc. & etiã gl.hic, ꝙ in nullo obli-
gatur fideiuſſor,ēt vſq; ad ꝯcurrentē quantitatē,& ſic vtile ꝑ inuti
le vitiatur,q̃a peccatur in forma.qđ ēt tenuit hic Dyn.ſecus in cō-
ſtitutore,vt d.l.hactenus.in fi. Vel dic ꝙ illæ ll.loquuntur qñ q̃s cō
ſtituit pro ſeipſo, ſed qñ ꝓ alio, locũ hēat gñalis regula hic poſita,
vt in nihilũ obligetur cōſtitutor,ſicut nec fideiuſſor, & p̄dicta lo-
cum habent in obl'one principali, ſed acceſſoriè bene pōt ſe obli-
gare fideiuſſor in plus q̃ principalis,puta ad pœnam, vel uſuras.ut
l.centum Capuæ. & ibi Barto. de eo quod cer. lo.& ĵ.eod.l.ſicut
reus.in fin.glo.& in l.ij.§.fin.qui ſatiſ.co. & ibi per glo. ſufficit.

LEX XI.

1 *Quando dubitatur an confideiuſſor ſit ſoluendo,conuentus inſolidum non habet beneficium diuiſionis,niſi ſit paratus,ꝙ alter excutiatur ſuo periculo.Et de hoc det fideiuſſorem,& confideiuſſor ſit præſens.*
2 *In duobus reis debendi, qui hodie habent beneficium diuiſionis, ſi agatur contra vnum inſolidum,& ipſe opponat de illo beneficio, & eſt dubiũ an aliàs ſit ſoluendo,an debeat ſeruari practica huius legis.*
2 *Si unus de fideiuſſoribus conuentus inſolidum ſoluat totum, an videatur emere nomina aliorum.*

1 SI dubitet. †Qñ dubitatur an confideiuſſor
ſit ſoluendo, cōuētus inſolidum
non hēt beneficium diuiſionis,niſi ſit paratus,ꝙ alter
excutiatur ſuo periculo. Et de hoc det fideiuſſorem,
& confideiuſſor ſit pñs.h.d.Et eſt notandũ, ꝙ iſtud non prouenit
ex epiſtola diui Adri.q̃ loq̃t ſolũ qñ cōſtat, cōfideiuſſorē eſſe ſol-
uendo,& tunc unus ex eis cōuētus inſolidũ hēt bñficium diuiſio
nis,& pōt petere aliũ cōueniri ꝓ parte, & iſta exceptio pōt oppo-
ni in vim dilatoriæ ante lit.conteſt. & in uim peremptoriæ poſt lit.
ꝯte.vſq; ad ſñiam,ſed poſt ſñiam nō pōt opponi. vt l.fideiuſſor.C.
eo.licèt ſecus in bñficio ceſſionis,vt ĵ.eo.l.ſi fideiuſſores.§.fi.¶Qñ
autē dubitat,tũc epiſtola non loq̃t, ſed recurrit ad ꝓuiſionē legis,
ꝙ trib.concurrentib.cōuentus inſolidũ audiatur,vt non cōuenia
tur niſi pro parte,ſed ꝙ velit aliũ excuti ſuo periculo, & impēſa ꝓ
alia parte.Et de hoc det fideiuſſorē de indēnitate, qui tenebitur ſi
excutit alium, & repertus eſt non ſoluendo.nec potuit ab illo re-
cuperare expenſas litis, vñ recuperabitur à primo conuento, & à
fideiuſſore de hoc dato.Tertio requiritur, ꝙ ille confideiuſſor ſit
pñs, nã ſi eſſet abſens, ēt ſi eſſet ſoluēdo, nō poſſet iſte ꝯuentus vti
bñficio diuiſionis,ſed & quartũ vr̃ eſſe neceſſarium,ꝙ iſte ꝯuētus
inſolidũ aſſerat aliũ eſſe idoneũ,vt hic colligit,dũ dicit, circa fi.(qui
idonei eſſe dñr &c.)ſi.n.hoc nō aſſereret, ſed dubitaret an eſſet ſol
uēdo,vr̃ ꝙ nō eſſet audiendus,ſi peteret illos prius excuti,& iſtud
nō tangitur ꝑ Doc.uenio ad caſum. ¶In tex.ibi,(paratus ſit offer
re cautionem.)i.offerat cautionē cũ fideiuſſore,vt ĵ. in ver.(ita tñ.)
ideſt verbo.(ſatiſdationē.)Et dicit Ang. ꝙ non ſufficit offerre ver-
bo,ſed debet ſecum ducere fideiuſſores,vt l.prætor.§. ſi quis para
tus.cũ ibi no.de no.ope.nun.Et ſi actor nolit recipere,adhuc non
ſufficeret hoc,ſed facit eos recipi per iudicē,vel notarium cauſæ,ſi
vult ꝙ ꝯ eum nō ꝓcedatur,niſi pro rata ſua. iuxta no.in Auth. de
his qui ingred.ad app.§.ĵ.ꝑ glo.Nec ob.l.qui decem.i prin.ĵ.de ſol.
ubi dr̃,ꝙ ſufficit ſola obl'o, quia uerum eſt quantum ad euitandũ
periculum moræ, ſed ad excludendum actorem ab agendo req-
ritur conſignatio,& depoſitio.& hęc præſtatio,ſeu ſatiſdatio quę
fit penes iudicē,vel notarium, loco conſignationis hr̃. ¶Sed opp.
ꝙ fideiuſſor non habet neceſſe iſta facere, imò non ſit aperta via
agēdi,niſi facta excuſſione aliorum,vt in Auth.de fideiuſ.in princ.
Sol.illud in beneficio nouæ ꝯſtōnis,qđ hodie cōceditur fideiuſſo
rib.reſpectu principalis debitoris, vt non poterint conueniri,niſi
excuſſo principali, nam tenetur creditor illum excutere ſuis impē
ſis,& periculo,& ſi reperiretur non ſoluēdo,non poſſet ab illo re-
cuperare impenſas litis,nec ēt a fideiuſſore, & illud bñficium non
datur fideiuſſoribus illo iure, ſed ſolum bñficium diuiſionis quo
ad alios fideiuſſores in quo ſeruandus eſt iſte text.qñ eſt dubiũ an
ſit ſoluendo,nec in hoc ēſt aliquid immutatũ per illam nouã con
2 ſtitutionem.¶†Sed quid in duobus reis debendi,qui hodie habēt
bñficium diuiſionis per Auth.de duo.reis. ſi agatur ꝯ unum inſoli
dum,& ipſe opponat de illo bñficio, & eſt dubium an alius ſit ſol
uendo.Dicit Ang.debere ſeruari practicam huius l. ſed male dicit,
ꝙ illud beneficiũ diuiſionis inter reos fuit introductũ ad exēplum
beneficij excuſſionis inuenti ꝑ illã conſtitutionē de fideiuſſorib.
ut ibi patet.Et ideo creditor neceſſe habet alium excutere ſuis im-
penſis & periculo, & alias non eſt ſibi aperta via agendi ꝯ vnum
inſolidum,ſicut nec ꝯ fideiuſſorem,non excuſſo principali ſi con-
uētus de hoc opponat.Et ita declarat Bar.in l.iij.§.fi. de duob.reis.
in vj.q.& ēt hic tangit,ſed Ang.non ꝑpēdit.Si autē nō opponeret,
procederet iudiciũ tã in duob.reis,q̃ in fideiuſſorib. & fieret con-
demnatio inſolidũ,quia actio non eſt diuerſa ipſo iure, vt ĵ.eod.l.
3 inter fideiuſſores.in prin.¶†In fin.tex.ibi.(nominis emptio.)Dic ꝑ
hunc tex.vr̃ ꝙ ſi unus de fideiuſſorib. conuētus inſolidum ſoluat
totũ,vr̃ emere noĩa aliorũ.ex quo ſequitur, ꝙ ēt ſi ꝯ alios non ce-
datur actio habeat vtilem actionem ad recuperandum partes il-
los tangentes per l.ij.C.de act. & oblig. ¶Sed in ꝯrium eſt caſus in
l.vbi fideiuſſor.ĵ.de ſol.ꝙ niſi cedatur actio, non poteſt recupera
re a fideiuſſorib.licèt ſecus a principali debitore,cuius nomine be-
ne videtur emere ſoluendo.Et ad hunc text.rñde, ꝙ loquitur im-
propriè quantum ad fideiuſſores, vel dic ꝙ habuit reſpectum ad
ceſſionem,quæ venit fienda, ex qua videtur prima facie reſultare
quædam emptio nominis, quia creditor cedit pro pecunia quam
recepit,arg.in l.ſi is.ĵ.de ſol.tamen propriè non eſt emptio.

1 *Propter mendacium perditur beneficium diuiſionis.*
2 *Caſus in quo mendax priuētur iure ſuo.*
3 *Caſus,in quibus non competit beneficium diuiſionis.*
4 *Aliud eſt negare narrata prout narrantur, & aliud eſt negare ſe fideiuſſiſſe expreſſe.*

1 §.Ita demum. †Propter mendaciũ perditur benefi-
ciũ diuiſionis,h.d.venio ad caſũ. ¶In
tex.ibi.(inficiant.)ſe fideiuſſiſſe,& poſtea de mendatio ſunt cōui-
cti,& uolunt recurrere ad beneficium diuiſionis, & non poſſunt,
2 ſic no.†caſum in quo mendax priuatur iure ſuo,aliqñ non priuat,
ſed grauatur onere probandi, vt l.cum de indebito. de proba.Et
in authen.qui propriam.C.de non nu.pec.Regulariter autē nō pu
nitur,niſi in expenſis. fallit tñ in aliquib. caſib. quos plenè enume-
rat Bal.quem omnino uide in l.j.C.de fur.in v.ſeu vj.col.Poſſet tñ
iſte pœnitere ante lit.conteſt. & confiteri ſe fideiuſſiſſe,& euitare
3 hoc damnum,vt l.lectio.§.neque.š.de noxa.ſm Ang.¶†Et no.hic
caſum, in quo non competit bñficium diuiſionis. adde alios, qui
no.Inſt.eo.§.ſi plures.Item qñ eſſet ei renunciatum,vt no.in l.niſi.
š.de pac.& ĵ.eo.l.ſi ſtipulatus.§.ſi ex duobus.in gl. Addit Ang.aliũ
caſum qñ eſſent obligati per inſtr̃m guarētigiæ, ꝯ qđ ex forma ſta
tuti non poſſet obijci exceptio, per quam impediretur executio,
cum per hanc exceptionem impediatur. & ita dicit ſe tenuiſſe de
facto Florentiæ, non ſic in beneficio cedendarum actionum, q̃a
illud non impedit executionem ſm eundem. Sed ꝯ, ꝙ immo im-
pedit,vt ĵ.eo.l.ſi fideiuſſores.in fin. Sol. uerum eſt ſi creditor non
vult cedere,ſed tunc cenſetur impediri de facto ſuo, ideo ſibi im-
putet,cum ſit facile cedere,ſed non ſic alium excutere.Dicũt autē
quidam per tex.hoc beneficium non poſſe opponi poſt lit.cōteſt.
4 factam per negationem quos Bar.reprehendit.†nam aliud eſt nar
a rare narrata prout narrantur, [a] aliud eſt negare ſe fideiuſſiſſe exp̄ſ
ſe.nam poteſt eſſe ꝙ fideiuſſerit,& tñ non tenetur,vel quia ſoluit,
vel quia pactum factum eſt de non petendo.

ADDITIO.

a ¶Prout narrantur.Vide de clauſula per Imo.hic, per Bart.in l.ēt.§.licet.ff.ſol.ma.Bar.in l.ſi prius.de ope.no.nun.Ang.Aret.in §.æquè.Inſti.de actio.Bar.in l.j.C.de ædi.ac.Bar.in l.ſi cui.de leg.j.Im.in c.ſuper literis.de reſcr.

1 *Filius poteſt fideiubere pro patre.*
2 *Filiusfa. an poſſit obligari, & in quibus bonis poſſit fieri executio, & an poſſit incarcerari,niſi cedat bonis.*
3 *An poterit fieri executio in bonis patris quatenus ſibi dētur pro ltĩma.*

1 §.Filiusfamilias. †Filius pōt fideiubere pro patre,
hoc primo. Et pater ei, qui mu-
tuat filio vt ſoluat pro ſe, tenet̃ quod iuſſu, vel de in rē uerſo. hoc
ſecundo,& ſi ipſe filius de ſuo ſoluat,vel emancipatus,vel in pote-
ſtate conſtitutus de peculio caſtrenſi, habet ꝯ patrem vtilē actio-
nem.hoc tertio,& ultimo,ſm intellectum gl.¶In tex.ibi.(pro par
te.)Dic,ſcilicet qui tenebatur dare fideiuſſores, ut habeat maiorē
vtilitatē,& plus dubitationis, & ſic creditor tenetur recipere filiũ,
nam ſi reciperet ſpontè, nulla eſſet dubitatio,nec vtilitas. Sed ꝯ de
l.iij.š.eod.ubi qui tenetur dare fideiuſſorem,non liberatur dando
filiumfa.nec creditor tenetur illum recipere. Sol. uerum eſt de fi-
liofa.alieno, ſed de proprio ſecus, & eſt ſpāle in patre,vt ſic poſſit
releuari per filium,ut hic.& l.iij.§. filium. qui ſatiſ.cog.qđ ꝑpetuo
tene mēti, q̃a Do.hoc nō declarant.Et prima facie videret̃ ꝯrium,
cum reputetur eadem perſona cũ patre,& ſic pr̃ dando ipſum,ne
2 minē dare vr̃,ex quo creditor poterit releuari,& tñ ꝯriũ eſt. ¶†In
tex.ibi.(condēnari pōt.)Dic.ſ.inſolidũ,& ſic in plus cōdēnatur exi
a ſtens in patris ptāte,[a] q̃ effectus ſui iuris,quia tunc nō condemnat̃,
niſi quatenus facere pōt per ti.qđ cum eo. & quæ ſit rō,dic vt ibi.
Sed quid prodeſt hæc cōdemnatio, licèt inſolidũ fiat, cũ non pōt
fieri ꝯ eum executio,q̃a bona nō hēbat iſto iure? Rñdeo,poterat
hr̃e caſtrenſe peculiũ,vel quaſi. Item ꝓfectitiũ,in quo poterat fieri
executio,licèt ꝓprietas pertineret ad patrē,poſtq̃ ad ipſum filium
ꝑtinebat adminiſtratio,ut not.in l.iij.§.ſed utrum.š. de mino.ſm
Doc.licèt gl.videatur ibi dicere ꝯrium.& no. in l.& ſi condemna-
tus.š.de noxa.& in l.ſi filio.ſol.ma.Poteſt ēt hodie hr̃e peculiũ ad-
uētitium,in quo ſi quæritur an poſſit fieri executio, vide ꝑ Bar.in
l.ſi finita.§.ſi de vectigalibus.de dam.infect.& poſito, ꝙ nulla bo-
na

ADDITIO.

a ¶Patris poteſtate.Ideo dicit Bal.in l.ſi pro alio.C.qđ cum eo.no.pro filijs mercatoribus,ut ſi nolunt detrudi in carcerem faciant ſe emancipare.

ria haberet,poterit fieri executio vt capiatur, & incarceretur, niſi
cedat bonis, vt in l.iij.C.qui bo. ce. poſ. & fortè aliquem amicum
3 inueniet,qui ſoluet pro eo.†An autem poterit fieri executio in bo
nis patris quatenus ſibi dentur pro legitima? tangit Gui. in l.ſi qua
pœna.de his qui ſunt ſui,uel ali.i ur.& Spe.in ti.de ſen. execu.§.ſeq.
uerſi.quid ſi filius. In text.ibi.puto ad omnes ꝯtus quod iuſſu ē̃t.
Sed op.ꝯ tex.iſtum,quia non poteſt quis teneri,vt principalis,& fi
deiuſſor,& ſ.e.l.gn̄aliter.ſed actio qd̄ iuſſu, & de in rem verſo ſunt
acceſſoriæ,vnde cum pr̄ teneatur, vt principalis, non debet tene-
ri,vt acceſſorius in actionib. prædictis. ꝑ hoc glo. intelligit iſtum
tex.ꝙ non teneatur eid̄e creditori,cui tenetur, vt principalis actio
nib.iſtis, ſed tenetur alteri creditori, qui mutuauit filio pecuniam.
vt ſolueret pro patre.& ita ē̃t ſequuntur Doct.& ſic no.ꝙ pōt qs
teneri,ut principalis,& acceſſorius diuerſis perſonis, & diuerſis re
ſpectib,vt ʝ.eo.l.hæres a debitore.§.ꝙ ſi hic ſeruus. Quaſdam alias
op.facit Dyn.hic, quas proſequere, ut per Bart.quia non ſunt ma-
gnæ utilitatis. Sequitur l.qui contra ſenatuſconſultum.

LEX XII.

**Qui contra.** Vbi non eſt obl'o,vel actio, nō pōt acce
dere fideiuſſor,ſecus ſi ſubeſt actio, licèt
obeſt exceptio ſi detur a ſciente.h d.cum l.ſeq.& vide l. creditorē.
ſ.ad Mace.ꝑ quam iſta l.declaratur.Venio ad caſum. Præmitte, ꝙ
ex mutuo facto filiofa.ſine uoluntate patris, ipſe filius ciuiliter, &
nāliter obligatur,& ē̃t datur actio mero iure,ſed ob.exceptio Ma
cedoniani.Silr ꝯ patrem mero iure datur actio de peculio,tn̄ obſt.
exceptio eadem.Scd̄o p̄mitte,ꝙ filiusfa.hoc iure non habebat hæ
redē ab inteſtato,ē̃t ſi hēbat bona caſtrenſia, vel quaſi, ſed eo mor
tuo pr̄ occupabat oīa iure peculij,vt in l.ij.ʝ.de caſtren.pecu. Ter-
tio præmitte,ꝙ qn̄ quis non habet hæredem,de iure obl'ones per
ſonales reſidentes in eius ꝑſona actiuæ, uel paſſiuæ per eius mor-
tē extinguuntur, qa non ſupereſt ꝑſona ficta, in quā trāſeāt.mors
oīa ſoluit,nō ſic qn̄ hēt hr̄dē,& hr̄ditatē, quia tranſeunt in hr̄dita-
tē,q̄ repræſentat ꝑſonā defuncti.dr̄ ergo hic ꝙ mortuo filio,obl'o
principalis,qua ipſe tenebat̃ ex mutuo, eſt extincta,cū nulla ſubſit
eius hr̄ditas.ideo pro ea nō pōt accedere fideiuſſor,ſed obl'o,qua
tenebatur pr̄ de peculio, non fuit extincta, ideo pro illa bene pōt
accedere fideiuſſor,quia pr̄ dando ipſum vr̄ ratificaſſe ꝯtū,& ſic
facit ceſſare ſenatuſconſultū,vt l.ſed Iuli.§.pe.ad Mace. ſed nō pōt
fieri quo ad actionē extinctā,quia res non eſt integra.ar.in l.bono
rum. rē ra. ha. Intellige ergo iſtas ll.ē̃t ſi pr̄ ſciens dedit fideiuſſores
pro obl'one filij,ut non teneat fideiuſſio ratione p̄dicta.licèt Dyn.
intellexerit qn̄ ignorāter.& ita dicit Ray.& Bar.Quid aūt ſi uiuēte
filio acceſſit fideiuſſor,an ei detur exceptio Macedoniani,ſicut da
tur ipſi filio & pr̄i:dic ut.l.ſed & ſi pr̄fami.§.nō ſolū.ad Mac. ¶Sed
op.ꝙ ꝑ mortē filij nō extinguat̃ hoc iure actio,qa ipſe tenebatur,
ideo trāſeat in patrē tanq̄ in vl'em ſucceſſorē. ut l.tam ex ꝯtibus.
ſ.de iudi.Sol.immo non tranſit ipſa actio,quia extinguitur,ut dixi,
ſed ſi ſuper ea fuit lis inchoata,tunc inſtantia litis ſuper actione ex-
tincta tranſit in patrem quo ad actionem de peculio, & fit con-
demnatio uſque ad vires peculij. licèt ſi filius viueret, fieret inſoli-
dum,& iſte eſt caſus mirabilis in l.contraria.Hic non ſunt alia.

LEX XIIII.

1 *Electo mandatore non liberatur reus principalis, nec econuerſo.*
2 *Exceptio cedendarum,an & quando poſſit opponi.*
3 *Pendente lite contra mandatorem,an poterit agi contra principalem de-
bitorem.*

1 **SI mandato.** ¶†Electo mādatore nō libe-
ratur reus principalis,nec ecō
uerſo.Itē ei qui cōuenitur pro alio debet cedi actio ꝯ
principalē,& aliter non dēt cōdēnari.h.d.¶In text.ibi.
(non liberabitur Titius.)Dic ꝑ hoc ſolū,ꝙ egerit ꝯ me,& litē fue
rit cōteſtatus,niſi ſim cōdēnatus,& ſoluerim tibi, & hoc verū qn̄
plures tenentur eidē ad eandē quātitatē inſolidū,ſiue vnus ut prin
cipalis,alter ut acceſſorius, vt hic, ſiue vterq; vt principalis, vt duo
rei debendi.ut l.fi.C.de fideiuſ. ſiue ambo teneant̃ purè, ut hic, &
in d.l.fi.ſiue alter purè;alter in defectū illius, ut in l.decē. ſ. de uerb.
obl.& in l.fi.ſi cer.pet.ſecus ſi unus ſit obligatus plurib,ad idē cuili
bet inſolidū tanq̄ duob.reis, quia tunc uno agēte, & lit.cōteſt.de-
2 bitor liberatur ab altero,ut l.ij.& l.ex duobus.ſ. de duob. re.¶†In
tex.ibi.(non al'r condemnari debitor,)dic & ſic no.ꝙ exceptio ce
dendarū pōt opponi ante ſn̄iam ad ipſam impediendam,& ſi non
fuit tunc oppoſita,poterit opponi poſt ad impediēdā ipſam execu
tionē,ut ʝ.eo.l.fideiuſſorē.in fi.quia non impugnat ſn̄iam de iniq-
tate,alias non poſſet opponi poſt ſn̄iam l.peremptorias. C ſenten.
reſcin.non poſ.iuncta l.ex diuerſo.in fi.ſol.ma. & l.Neſennius.in fi,
de re iud.& quod plene no.in l.j.C.de iur.& fac.ign.Non eſt ergo
peremptoria iſta exceptio, nec dilatoria, quia non poſſet opponi
poſt lit. conteſt. ſed poteſt dici anomala. ſunt tamen plures caſus,
in quib.nō poteſt opponi,ut no. ʝ.eo,l.ſi ſtipulatus.§.ſi ex duobus.
3 ¶†Vltimò quæro hic,an pendente lite contra mandatorem pote
rit agi contra principalem debitorem? dic ꝙ ſic. ut l. creditor.in
prin.ſ.manda.& dixi in l.iij.§.fi.de duo. reis.

LEX XV.

**Cum reus.** ¶Si reus principalis ſuccedit fideiuſſori, ſi-
cut extinguit obl'o fideiuſſoria,ita & exce-
ptio ꝑſonalis,quæ cōpetebat fideiuſſori. nec pōt opponi ex perſo
na eius.h.d.Præmitte,ꝙ ſunt quædā exceptiones competentes fi-
deiuſſori,quæ nō trāſeunt ad principalē,q̄dā q̄ trāſeunt,vt l.ſi fide-
iuſſor.§.q̄dā.ſ.man.& iſta l.loquitur de illis,q̄ nō tranſeunt.De aliis
autē q̄ tranſeunt, licèt ſit extincta obl'o fideiuſſoria, & ex perſona
fideiuſſoris nō poſſit opponi, poterit tn̄ reus illas opponere ex ꝓ-
pria perſona,ex qua poſſet opponere ē̃t inuito fideiuſſore.ſi uiue-
ret,ſicut econuerſo,ut l.ꝓxi.in fi.& ar. l.ſi poſt mortē.de ꝯta.§.fi.

LEX XVI.

**SI ſtipulatus.** ¶Fideiuſſor poteſt opponere
exceptionem ſibi competen-
tem ex perſona rei,ē̃t reo inuito.h.d. nam opponit ex
ꝓpria ꝑſona.facit l.ſi poſt mortē.§.fi.de ꝯtab.& ſic iti-
re quod habes a me potes uti ꝯ alium me inuito,ſed ꝯ me non,ut
l.ſi iudex circunuento.de min.& l.amiciſſimo. de excu. tut. Vnde
ſi mihi reo data eſt dilatio,qua tu actor ē̃t potes uti, vt l.petēdę.C.
de temp.in integ.reſt.ſi uolo ei renunciare ne utaris ꝯ me,poſſum
etiam te inuito, ut ibi not. ſ̄m quoſdam. per dictas ll. dic ut ibi per
Bar.caſus eſt iſte.¶In text.ibi.(ſine cauſa.) Dic, & ſic cōpetit exce-
ptio doli,ut in l.ij.§. circa. de doli excep. q̄ tranſiuit ē̃t ad fideiuſſo-
rem,ut l.exceptiones.ſ.de excep.Et intellige ſine cā de p̄nti,quæ tn̄
ſperabatur in futurum,puta ſpe futuræ numerationis; ut in gl.j.Et
tunc etiam ſi fideiuſſor ſciebat eam de p̄nti,& a prin. non ſubeſſe,
habet exceptionem ſicut ipſe reus.l.ſi cui.C.de non nu.pec.uel nō
ſperabat ſubeſſe,ſed putabatur eſſe de p̄nti,& non erat.immo erat
falſa,& tunc intellige, ꝙ fideiuſſor etiam ignorabat, alias ſibi non
daretur per l.ſi quis poſtquam.ʝ.eo. nam etiam mihi reo non da-
ret̃,ſi ſciebam eam falſam,quia viderer donare.ſi aūt nec ſperat̃ in
futurū,nec credebat̃ eſſe de p̄nti,nec fuit datū ob cām,q̄ ſubeſt, ſi
ſimpl'r promiſit centū,nec dicit ob quam cām,tunc Bart.& Ang.
dicunt ſtipl'onem ualere, quia ſola liberalitas hr̄ pro cā, & vr̄ facta
ex cauſa donationis,ut ipſe Bar.no.in d.§. circa. Alij ꝯ, quod puto
uerius, ut præſumatur facta ex ſtultitia, ut no.Bald.in l.generaliter.
C.de non nu.pe.& tunc tam reo,q̄ fideiuſſori, etiam ſcienti. dare-
tur exceptio doli.de hoc tetigi in l.ſi diuortio. ſ.de uerb. obl.

1 *Pactum de non petendo factum uni ex fideiuſſoribus, alteri non prodeſt,
quominus poſſit ad totum,quod reſtat ſoluendum conueniri.*
2 *Creditor quòd non poſſit liberare unum ex fideiuſſoribus in praiudicium
alterius.*
3 *Quatuor caſus,in quibus ille cui teneor actionem cedere contra alterum,
licèt illam perdiderim facto meo, non poſſum me repellere ab agendo
per exceptionem cedendarum.*
4 *Renuncians beneficio de fideiuſſoribus, uel duobus reis,quòd non intelligi
tur renanciare beneficio cedendarum.*

1 **§.Si ex duobus.** †Pactum de non petendo factum
vni ex fideiuſſoribus, alteri non ꝓ
deſt,quominus poſſit ad totū,quod reſtat ſoluendū cōueniri, h.d.
ueniamus ad caſum.¶In tex.ibi,(alter ne ab eo peteres.)dic ꝙ iſta
uerba modalia habent vim pacti de non petendo ſ̄m gl.mag.cir-
ca medium.ibi.(ſed certe ſatis eſt pactum.) quam diligēter no.ſ̄m
Bar.quia ſicut in ultimis uoluntatib.modus habet vim diſpōnis,vt
l.ij.C.de his quæ ſub modo.ita & in actib.inter uiuos.unde ſi repe
ritur in inſtr̄o,ꝙ talis ſoluit v.ne conueniatur in plus, licèt aliud pa
ctum de non petendo non contineatur in eo,illa tn̄ uerba, ꝑ ne cō-
ueniatur in plus,hēt vim pacti,quod tene menti, & ad hoc no.iſtā
2 glo.¶†In tex.ibi.(quinque tibi dederit.)dic ꝙ in iſtis quinq; uterq;
fuit liberatus,uel ipſo iure,vel ope exceptionis,iuxta ea quæ plenè
hn̄r in l.Modeſtinus.ʝ.de ſol.Vnde licet tex.in fi.dicat, ꝙ illa v non
poterint peti ab eo qui ſoluit,debet tn̄ ſuppleri, ꝙ nec etiam ab al-
tero,qui non ſoluit.& dum dicit exceptionem doli obſtare.dic ꝙ
loquitur de exceptione intentionis quantum ad ſoluentem,qui li
beratus eſt ipſo iure,cum ſoluitur pro ſua obl'one. quantū autem
ad non ſoluentem, pro cuius obl'one principaliter non eſt facta
ſolutio,ſi dicimus eum liberari ipſo iure,quia tenentur eodē gn̄e
obl'onis ambo,idem dicas,ſi dicimus liberari ope exceptionis ſ̄m
notata in d.l.Modeſtinus. tunc text. ſtat proprie dum dicit, (exce-
ptione doli mali ſummoueris. ¶ Reſtat ergo dubium de alijs xv.
quæ reſtant ſoluenda, & quantum ad illū qui ſoluit clarū eſt, ꝙ ab
niſi nãliter,non indiget reſtõne,cum ſit tritum de iure cõi per l.in
cauſæ.la 2.eo.ti.de mino.quia non põt conueniri, & aduerſus di-
ctam naturalẽ non datur reſtõ,q̃a non lædit ſi adultus non ſoluit
vt eſt gl.ſ.de uer.ob.l.puberes.& l.ſi pupillus.de arbit.Sed ſi ſoluiſ-
ſet,bñ læderet,quia impedit repetitionẽ de iure cõi. ut l. error. C.
ad leg.Fal.& aduerſus hanc læſionem bñ reſtitueret, ut plene no.
in l.interdũ.de cond.indeb.Præterea ẽt adulto non daẽ reſtõ hoc
caſu,qñ interuenit dolus creditoris,nam ſi dedit cauſam ɔ̃ctui,&
erat bonæfidei reddit ɔ̃ctum nullum.vñ reſtõ non eſt neceſſaria,
& ſi incidit in ɔ̃ctum,vel erat ɔ̃ctus ſtricti iuris,datur actio de do.
uel except.& ſic nullo caſu neceſſaria eſt reſtõ.ut d.l.in cãæ.Et ita
dẽt intelligi iſta l.2.in fi.ꝙ ſit tutus ipſo iure, tam ipſe q̃ eius fideiuſ
ſor,non aũt per reſtõnem,licẽt gl.ibi,voluit ɔ̃rium,ſicut hic inter
dũ,& eſt quartus caſus,quia fideiubet pro pupillo naturaliter tñ
obligato.quod contingit plurib.ɔcurrẽtib.ſ.quia erat doli capax,
& proximus pubertati,& ɔ̃xit cũ alio q̃ cum tutore, & ſine tuto-
ris authoritate,tunc loquiẽ iſta l.quia fideiuſſor obligaẽ ciuiliter,&
naturaliter cum effectu,nec ſibi ſuccurriẽ aduerſus creditorem,
nec aduerſus pupillum ad recuperandum. nam aut fideiuſſit ſine
mandato,uel ẽt cum mandato ſolius pupilli, & tunc pupillus ad-
uerſus eũ eſt tutus ipſo iure,quia naturaliter tñ obligaẽ ſibi, ſicut
& creditori.aut fideiuſſit de mandato tutoris,licẽt nõ interuene-
rit in ɔ̃ctu pupilli,& ſuccurritur pupillo ꝑ reſtõnẽ in inte. quia ꝑꝑ
interuentũ tutoris obligaẽ fideiuſſori ciuiliter, & nãliter,licẽt cre-
ditori non eſſet obligatus,niſi naturaliter,q̃a nõ interuenit tutor;
tñ ſibi daẽ in integrũ reſtit. aduerſus fideiuſſorẽ. ita ſentit Bart. hic
licet iſte tex.loquaẽ qñ authoritas tutoris non interuenit, nec re-
ſpectu creditoris,nec reſpectu fideiuſſoris.¶Sed nunc opp.ɔ iſtũ
tex.ꝙ fideiuſſori ſuccurraẽ aduerſus creditorem,nam pupillo na-
turaliter tñ obligato cõpetit exceptio peremptoria ɔ creditorẽ,
ergo & fideiuſſori competit eadem exceptio per l. exceptiones.
la ſecunda.§.interceſſionis ſ.de except.Glo.in uerſic.( & eo mõ.)
uoluit probare iſtud contrariũ,& ſoluit obſcurẽ.Et intendit dice
re,ꝙ ſi pupillo competeret talis exceptio peremptoria,quæ com
peteret

A D D I T I O.

a ¶Efficaciter.Sed adde ſi ſtatuto caueatur, ꝙ filiusfam. non obligetur ex
contractu,an fideiuſſor obligetur,uide Bal.in l.j.C.eo.ꝙ ſic.& Cy.in l.de
cretum.C.quod cum eo.

peteret ēt maiori,puta pacti de non petendo, præſcriptionis, uel iuſiurandi,vel rei iudicatæ,tunc ēt competeret fideiuſſori, qa nō eſt deterioris condōnis pupillus,q̃ maior,imo melioris, ſed cōpetit talis exceptio,q̃ non competeret maiori,vt in caſu iſto, qa nō interuenit authoritas tutoris,tunc illa exceptio uṙ pſonalis, & fauore ætatis ſibi competens,q̃ non competeret maiori,in quo nō requiriṫ authoritas alterius. Vel melius dic, ꝙ aut competit exceptio iuris,vt ſunt illæ de quibus ṡ.dixi,& illæ tranſeunt in fideiuſſorem,ſiue loquamur in pupillo,ſiue in maiore, aut competit exceptio facti,ſeu intētionis,ut in iſto caſu,qñ quis eſt nāliter tm̄ obligatus,& ſic non eſt orta actio,ergo nec eſt propriè exceptio, cū ſit actionis excluſio,& præſupponit actionem ſubeſſe,ſed elidiṫ ꝑ eam,ut l.ſi vnus.§.pactus.ṡ.de pac.Et tunc ſiue loquamur in pupillo,ſiue in adulto,ſiue ēt in maiore adulto nāliter tantum obligato, puta per pactum nudum,talis exceptio facti non tranſit in fideiuſſorem,imo obligatur ciuiliter,& nāliter, & non ſuccurritur ei aduerſus creditorē.nam ſoli naturali pōt accedere fideiuſſor,ut ṡ.eo.l.fideiuſſor obligari.§.2.ergo dēt intelligi cum effectu, ne illa l.ſit ludibrio.Sed quæritur an ſoluēs repetat.diſtinguitur inter maiorem,& pupillum,quia primo caſu ſi mandato maioris,recuperat ab illo.ſed in ſecundo non,imo datur ꝯ eum reſtitutio ſi interuenerit authoritas adminiſtratoris,uel ſi non interuenit,pupillus eſt tutus ipſo iure aduerſus eum,vt ṡ.dixi.¶Sed extra gl.op. ꝯ tex. de l.generaliter.ṡ.eo.Sol.fideiuſſor non poteſt obligari in plus q̃ ſit obligatus principalis altero de quatuor modis.ut ibi no.ſed efficacius bñ poteſt obligari,ut hic ſm Dy.Item adhuc ꝯ, nam ſaltē hodie non pōt conueniri fideiuſſor,niſi primo conueniatur,& ꝯdemnetur principalis,& excutiatur,ut in Auth.de fideiuſſ.§.j. ſed hic non p̄t conueniri principalis,nec ꝯdēnari,ergo nec fideiuſſor. Sol.ſm eundem.tunc habet locum illa Auth.qñ principalis eſſet efficaciter obligatus,alias pōt incipi a fideiuſſore,ēt principali nō excuſſo,qd̄ eſt ſingulare.& ſic iſta l.non corrigeretur in hoc.Sed vltimo ad idem opp.quia ex quo principalis eſt tutus,ſi cōueniatur fideiuſſor,pōt principalis in ſe iudicium ſuſcipere, tanq̃ procurator in rem ſuam, & opponere exceptionē ex ſua perſona, & ſic defendit fideiuſſorē,ut non condemnetur,per l.idemque.§. gñaliter.ṡ.mand.ubi caſus ſingularis.Sol.ſm eundē iſtud eſſet uerum, ſi fideiuſſor eſſet habiturus regreſſum ꝯ principalem, nam tunc principalis poteſt obijcere exceptionem ex ſua perſona, quæ tñ exceptio non tranſibat ad fideiuſſorem,ut ibi eſt caſus,& hoc qa ſua intereſt,ſed ſi non eſt habiturus regreſſum,ſecus ut innuit iſta lex,quæ uult fideiuſſori non ſuccurri aduerſus creditorem, nam ſaltem hoc modo ſuccurreretur per indirectū, quod iſta l. uetat. & iſta eſt ſingularis limitatio ad illum §.gñaliter.ſm Dyn.& Bart.
3 ¶†Circa ſecundam partem gl.formatur una difficilis oppo. de l.is cui bonis.de uerb,oblig ubi prodigus ꝯhens ſine authoritate curatoris,etiam naturaliter nō obligatur,nec etiam ualet fideiuſſio, ut ibi dṙ in fi.& iſte tex.vult ꝯrium in vtroq;, dum aſſimilat prodigum pupillo.& de l.in negotijs. de reg.iur.ubi furioſus nullo mō obligatur cum careat intellectu.per ꝯñs non tenet fideiuſſio deficiēte principali.& ille tex.uult ꝯrium in vtroq;. Gl. ſoluit quatuor modis.Et primæ tres ſolutiones reprobātur, & cōiter teneṫ quarta & ultima in uer.{Alij dicunt,ꝙ hic fideiuſſit} licèt oporteat diuinare,ut ille tex.intelligatur,qñ ante prodigalitatem, uel furorē erat obligatus nāliter tātum,puta ꝑ pactum nudum, quia poſtea non poſſet obligari,ſed ſi poſt prodigalitatem & furorem interceſſit fideiuſſor de ipſorum mandato ſine curatore, uel etiā ſine mandato,ut talis fideiuſſor ciuiliter, & nāliter obligetur, nec ſibi ſuccurritur aduerſus creditorē,nec etiam aduerſus principalē, & imputet ſibi,cur pro tali fideiuſſerit, quia non geſſit utiliter negotium eius:ſed ſi non eſt effectus prodigus,uel furioſus,& fideiuſſiſſet de mandato eius,tunc bene recuperaret ab eo,quia licèt nō eſſet obligatus creditori,niſi naturaliter,fideiuſſori tñ obligatur ciuiliter & nāliter mandando.unum tñ ſentit gl.in prima ſolutione dum dicit{nam ſi haberet actionem mandati, ſubueniretur ei ꝑ in integrum reſtitutionē.}ꝙ prodigus & furioſus eo caſu,quo efficaciter obligant,ſi læduntur,habent in integrum reſtit.ſicut minor.& hoc idem uoluit gl.clarius.C.de cura.fur.ſuper rubrica,puta ſi ꝯhunt cum authoritate curatoris,licèt in furioſo malè poſſet h.d.quia non hēt aliquē conſenſum,& iſta gl,ad hoc ſp allegatur, & cōiter tenetur,quia ſi conceditur reſtitutio maiori ex iuſta cā, ut in tit.quib.ex cau.ma. fortius prædictis perſonis,in quib.ſubeſt cauſa iuſtiſſima,ſm Doct.quæ ratio non placet,qñ maioribus ꝑ illum ti.non ſuccurriṫ aduerſus facta, & geſta per eos, ſed aduerſus ꝯctum.dic ergo meliorem rationē, quia oēs illi qui reguntur conſilio adminiſtratoris legitimi æquiparātur minoribus,vt ſi læ-
a dantur,in integrum reſtituanṫ [a] tam in neglectis,q̃ in geſtis per tit. de mino.& uide Bald.in l.ſi curatorem habens.C. de in integrum reſti.& in l.3.de bon.poſſ.& Bar.in l.ſi infanti.C.de iure deli & Io. And.in addi.Spec.tit.de præſcr.ſuper rub.ubi dicit,ꝙ eo caſu quo præſcriptio non currit ꝯ minorem.ut l.fi.in quibus cauſ.in integr. reſtit,non eſt neceſſaria,non currit etiam aduerſus prodigum,cui bonis eſt interdictum,quia ſi curreret,daretur reſtitutio, & melius eſt ante occurrere &c.ut in d.l.fina.

ADDITIO.

a ¶Reſtituantur.Adde Bal.in l.ſi procuratorem habens.de in integrum reſti.& in l.fi.in fi.C.qui admit.Bar.in l.j.ſupra de bon.poſſ.furio. & infra.de la.Cy.in l.ſi infanti.C.de iure delib.

LEX XXVII.

Inter fideiuſſores. ¶Si alter ex fideiuſſorib. efficiatur non ſoluēdo, uel ſine hærede deceſſit antequàm actio ſit inter eos diuiſa,per bñficium epiſtolæ diui Adriani,poteſt alter inſolidum conueniri,& nō hēt beneficium diuiſionis.h.d.in effectu uenio ad caſum.¶In tex.ibi.{ſed ex epiſtola.}dic certè ſi diuiditur ex epiſtola, uṙ diuidi ipſo iure,quoniam epiſtola principis ius facit.ut l.j de conſtitu. prin. Sol. intentio tex.eſt iſta,ꝙ per ſolam epiſtolam non diuiditur, ſed tūc demum,cum quis fuit vſus bñficio epiſtolæ,quia fuit actum inſolidum,& oppoſita fuit exceptio diuiſionis.& hoc vult glo. illa. & etiam ſuper ea pronunciatum,ꝙ non poſſit conueniri,niſi ꝓ parte,ut no. j l.prox.in princ.¶In tex.ibi.{ante exactam a ſe partem.} ſubaudi,& ante diuiſionem prædictam.alias illa rō non eſſet bona:nam ſi poſt diuiſionem ſic factam alter decederet ſine herede uel efficeretur non ſoluendo,hoc periculum pertineret ad creditorem,quia non poſſet alterum cōuenire,niſi pro parte, ut eſt caſus j.eo.l.inter eos.§.cum inter.Et hoc vult gl.fi. licèt illum §. non alleget.facit l.2.§.pen.ad legem Rhodiam.de iact.& in l.j. C. ſi plures vna ſnīa.ſm Iacob. de Are. facit etiam l.legatorum.in prin.de legat.2.vbi quando actio eſt diuiſa ipſo iure, paupertas ſuperueniens uni,non nocet alteri.Idem ergo eſt quando eſt diuiſa actio per iudicem,hic autem nullo modo erat diuiſa.¶Sed pone creditor negligit agere,& ſic non poteſt opponi exceptio,ut ſequatur diuiſio,vnus de fideiuſſoribus denunciat creditori, ꝙ agat,ut poſſit opponere exceptionem,& facere diuiſionem fieri, quia dubitat ꝙ alter efficiatur non ſoluendo,creditor adhuc neglexit, & ille effectus non eſt ſoluendo,an iſta proteſtatio illi proderit, ut nō poſſit conueniri niſi pro parte?puto ꝙ non,per l.ſi fideiuſſor creditori. j.eodem Quomodo ergo conſuletur ſibi? Reſpondeo agat ipſe,& imploret iudicis officium aduerſus creditorem, & petat actionem diuidi.tex.eſt cum gloſſ. ſingulari. j.eodem l.ſi contendat.non autem confidat de ſola proteſtatione. ¶Vltimo oppo.contra tex.quia uidetur ſufficere, ꝙ fideiuſſor fuerit ſoluēdo a principio, & imputet ſibi creditor quare ipſum non conuenit. ut l.3.C.de proba.Solu.ibi loquitur in pluribus obligatis inſolidū ex officio neceſſario,ut tutelæ, uel curæ habentibus beneficium diuiſionis,uel excuſſionis quibus magis conſulitur.argum.l.ſi fideiuſſor.§.ſi neceſſaria.qui ſatiſda.cog.hic in pluribus obligatis ex contractu voluntario,in quibus hoc non ſufficit, ſed requiritur, ꝙ ſit ſoluēdo tempore quo agitur,& opponitur exceptio.¶Adhuc poſſet opponi,ꝙ idem eſſet dicendum hodie in duobus reis debendi,quibus competit beneficium diuiſionis ex noua conſtitutione de duobus reis,quod hic dicitur in fideiuſſoribus.

LEX XXVIII.

1 *Fideiuſſor purè acceptus propter acceptum in diem,uel ſub conditione,habet beneficium diuiſionis,ſi ille non eſt ſoluendo, ut interim non conueniatur niſi pro parte,ſed ſi adueniente conditione uel die reperiatur ille non ſoluendo,dictio diuiſa reintegratur in eodem purè acceptum.*
2 *Condemnatus pro parte,an cenſeatur abſolutus.*
*Per ſolam propoſitionem exceptionis peremptoriæ,an tollatur actio.*

1 SI plures ſint. ¶†Fideiuſſor purè acceptus propter acceptum in diem, uel ſub conditione,habet beneficium diuiſionis, ſi ille non eſt ſoluendo,ut interim non conueniatur,niſi pro parte,ſed ſi adueniente conditione, vel die reperiatur ille nō ſoluendo actio diuiſa reintegratur in eodem purè acceptum.h.d. Not. iſtud principium,quod eſt ſubtile.¶Oppo.ꝙ iſte purè acceptus non poterit vti beneficio diuiſionis.nam ſi fideiuſſor non eſſet ſoluendo,& ſic non poſſet conueniri de facto, non haberet illud bñficium.multo ergo minus ſi non poteſt conueniri de iure pendente conditione,vel die,licèt ſit ſoluendo,cum hoc nihil proſit debitori.Sol.iſta erat ratio dubitandi,propter quàm quilibet dixiſſet contrarium,ſi non haberemus iſtum textum.ſed dic,ꝙ epiſtola conceſſit beneficium diuiſionis propter fideiuſſorem, qui ſit ſoluendo,nec curauit qualiter ſit obligatus purè, vel ſub conditione,vel in diem,vt hic probatur.& ſic debet hic intelligi quando obligatus ſub conditione,uel in diem erat ſoluendo,alias non poſſet procedere,licèt tex.non dicat.¶ Contra ſecūdum dictum opp.extra gl.nam ſi actio diuiſa eſt,licèt fideiuſſor tempore conditionis exiſtentis reperiatur non ſoluendo non vṙ hoc nocere il-

li,qui purè acceptus fuit,quia hēt exceptionem rei iudicatæ ſi con
ueniatur pro parte illius,qui effectus non eſt ſoluendo,per d.l.in-
ter eos.§.cum inter.ꝯ.eo.& dixi in l.præcedenti.Sol.{illud procede
ret ſi fideiuſſor fuiſſet purè acceptus, & ſic creditor poſt diuiſio-
nem potuiſſet ipſum conuenire:nam ſibi imputatur cur non con
uenit,ſed hic non potuit conuenire,quia fuit acceptus ſub condi-
tione,vel in diem,vñ ſibi non eſt imputandum.¶In gl.j.ibi.{ ꝯ.eo.
l.ſi a Titio.}tu dic ſm Dy.& oēs alios,ꝙ ibi loquitur in plurib. qui
fideiuſſerunt pro diuerſis perſonis ad idem obligatis, puta duob.
reis debendi.ut ſ.eo.l.hæres a debitore.§.cū tu. quo caſu non ſunt
fideiuſſores,nec hēt inter eos locum bñficium diuiſionis, ēt ſi eo
dem tpe fideiuſſiſſent,quod eſt no.hic qñ pro eadē perſona,quo
caſu ēt ſi ex interuallo,dñr confideiuſſores,& hēt locum benefi-
cium diuiſionis,ut probatur a ꝯ̄rio ſenſu.ꝯ.eo.l.ſi Titius. quæ loq
tur,qñ ille qui ſecundo loco fideiuſſit,non poterat effectualiter ꝯ
ueniri.uñ a ꝯ̄rio ſenſu ſi poterat conueniri, locus eſſet bñficio di-
uiſionis,ut ibi no.per Bar.¶Sed ꝯ̄ hoc opp.de no.ſ.eo.l. ſi ſtipula-
tus.§.ſi ex duob.in opi.Mar.recitata in gl.q̄ cōiter teneť,vbi fit iſta
dñia,an eodem tpe,uel diuerſis.Bar.in d.l.ſi Titius.uř dicere,ꝙ q̄-
tum ad beneficium diuiſionis non dēt fieri illa dñia, ſed quantum
ad bñficium ceſſionis ſic,ut in ꝯ̄rio.hoc nō placet, qm̄ bñficium
ceſſionis ꝯ̄ illum,qui non eſt ſoluēdo,ſubrogatur loco bñficij di-
uiſionis,quod habet locum ſi eſſet ſoluendo:ideo dico tunc eſſe
verum,ꝙ habeat locum bñficium diuiſionis & ceſſionis ꝯ̄ ſecun
do fideiubentem,qñ tpe quo fideiuſſit primus,fuit actum de dā-
do ſm,& primus hoc ſciuit,quia uř fideiuſſiſſe contēplatione ſe-
cundi,& ita debet intelligi quod hic,& in d.l.ſi Titius.no.Doc. al-
tero aūt deficiēte,neutrum iſtorum locum habet, non ex eo, ꝙ
ſint fideiuſſores,ſed quia primus non cenſetur fideiuſſiſſe contē-
platione ſecundi,& hoc quantum ad primum.ſecundus autē lo-
cum haberet reſpectu primi,quem ſciret fuiſſe datum, ut ibi not.
¶In gl.ſeq.ibi.{l.ex duob.}Dic,hoc eſt uerum ſine dubio iure iſto
quo plures rei debendi non habebāt bñficium diuiſionis,ſed ho-
die cum habeant ex noua ꝯſtōne.de duob.reis.dicunt quidam eſ-
ſe idem in plurib.reis debendi,vt ſi vnus promiſit purè,alter ſub ꝯ
ditione,uel in diē,purè acceptus ſi conueniatur pendēte condō-
ne,vel die,poterit vti bñficio diuiſionis,ſi alter eſt ſoluendo. & ſic
illa l.corrigatur hodie.Sed Bart.in l.ſi ex duob.§.ſi a Titio.de duo.
reis.tenet ꝯ̄rium,quia illud bñficium in duobus reis fuit introdu-
ctum ad ſiītudinem illius, quod datur fideiuſſoribus, cum duo
rei inuicem uidebantur fideiubere,vt l.reos.eo.ti.ſed ſi ſit dare ca
ſum,in quo videantur inuicem fideiubere, tunc eſſet ſecus, quia
ceſſaret dicta ſimilitudo.Sed conſtat,ꝙ ille qui purè ſe obligauit,
non poteſt dici, ꝙ uideatur fideiuſſiſſe pro quo ſe obligauit ſub
condōne,vel in diē,quia obligatio non ualeret,cum obligatus eſ
ſet in cauſam duriorem.ut l.græcè.§.illud.ſ.e. & ſic tene illam l. ex
duobus.non eſſe hodie correctam,& quod purè obligatus. po-
terit effectualiter conueniri inſolidum.Tene menti.¶ Pro decla-
ratione gl.ſeq.opp.ꝯ̄ ſm dictum huius l.Et vř, ꝙ ſi reperiatur nō
ſoluendo tpe conditionis euenientis,non poterit primus conueni
ri pro parte illius conditionis,quia per diuiſionē factam a iudice,
qui commodauit illum purè acceptum pro parte, cenſetur ab al-
tera parte abſolutus,& ſic fuit actio extincta pro altera parte,quę
actio extincta non reſuſcitatur,ut l.qui res.§.aream.de ſol.pp hoc
gl.uř fateri,ꝙ mero iure non reuiuiſcit actio pro illa parte,ſed me
diante bñficio reſtōnis.in integr.& ſic de iure prætorio reuiuiſcit
vtilis,quia reſtitutio eſt de iure prætorio.oportebit ergo implora
re intra quadriennium.Sed ſi reuiuiſceret ipſo iure, uel non eſſet
2 extincta,tunc perpetuo.¶†Contra iſtam gl.oppo.primo inquan
tum dicit in fi.ꝙ ex quo fuit condemnatus pro parte, cēſetur ab-
ſolutus,ut no.in l.j.C.ſi aduer.rem iud.& l.apud Celſum.§.item q̄
ritur.la j.de excep.dol.Solu.& tene mēti perpetuo, illud eſſe uerū,
ſi pro altera parte non fuiſſet appoſita exceptio,nam tunc debuiſ
ſet ſuper toto pronunciare,uel in totum condēnando, uel in to-
tum abſoluendo,uel partim condēnando,partim abſoluēdo, al's
non ualeret,ut in l.in hoc iudicio.fa.erciſ.Sed hic fuit appoſita ex-
ceptio pro altera parte,in qua non fuit condemnatus,nec abſolu
tus.& exceptio erat uera & competens, vnde cenſetur tacite ab-
ſolutus,& ualet ſñia gl.eſt hic ſingularis,q̄ tene menti, per q̄ decla
ratur,& limitatur,quod no.in d.ll.¶Item fortiter opp.ꝯ̄ gl. ꝙ iſta
reſtō non ſit neceſſaria,quia poſito,ꝙ uideatur ab altera parte ab
ſolutus,actio tñ pro illa parte non fuit ipſo iure ſublata, licèt fue-
rit eliſa,quod patet,quia talis abſolutoria parit exceptionem rei iu
dicatæ,& exceptio præſupponit actionem extare.poterit ergo in
tentari priſtina actio,& ſi excipietur de re iudicata,replicabitur,ꝙ
cauſa pp quàm fuit ab illa parte abſolutus, defecit. nam fuit abſo-
lutus propter ſpem,ꝙ conditio alterius exiſteret,& ꝙ tēpore quo
extaret ille eſſet ſoluendo,& poſſet conueniri,ſiue ergo non exti-
tit,ſiue exiſtit,& ille tunc non ſit ſoluendo,deficit abſolutoria.pp
hoc quidam reprehendunt gl.& tenent, ꝙ perpetuo audiatur ſi-
ne reſtitutione,& per modum replicationis, quæ reprehēſio ſine
dubio eſſet bona ſi in ſñia fuiſſet dictum,ꝙ ille primus non poſſet
conueniri pēdente conditione,niſi pro parte,nam uideretur actū
a ꝯ̄rio ſenſu,ꝙ eo deficiēte,vel eo exiſtente tunc non ſoluēdo, cū
extabit conditio,non ſit ab illa parte abſolutus.Sed ſi fuit condē-
natus ſimpliciter ab altera parte,tunc eſt maius dubium,& adhuc
vř idem dicendum per id,quod ſ.dixi.& etiam per rōnem,quia li-
cet ſñia abſolutoria tollat ciuilem obligationem, non tñ tollit na-
turalem,ut l.Iul.de cond.ind.nec ēt actionem,quæ fuit orta ex ci
uili & naturali,& potuit remanere in ſola naturali, licet non pro-
duci a principio,ſicut in pacto de non petendo, quod tollit natu-
ralem,& non ciuilē.nec ēt actionē,quæ poteſt remanere in ſola ci
uili.ut l.ſi vnus.§.pactus.& ibi no.ſ.de pact.& ita tenent Doc.ſpe-
cialiter Bar.ꝙ per ſñiam abſolutoriam non tollatur actio,licèt ſit
de iure ciuili,ſicut ſñia.Et licet tollatur ciuilis obligatio.in d.l.Iul.er
go non expedit reſtitutionem impetrare,ſed poterit agi illa actio
ne,& ꝯ̄ exceptionem replicari,facit l.ſub prætextu.la.j.C.de tranſa.
tñ quia tex.iſte dicit reſtituēdam.& gl.ita intelligit, ut ſuſtineamus
tex.& gl.rñde,ꝙ ea quæ dicta ſunt, procedunt in ſñia abſolutoria
lata,ex eo quia non eſt probatum. Vel alio modo, non ex eo,ꝙ
fuerit oppoſita aliqua exceptio peremptoria, ſed ſi fuit oppoſita,
tunc per talem ſñiam tollitur actio ipſo iure.text.eſt hic cum glo.
ſm Bar.in d.l.Iulianus.ad quod facit l.ſi oleum.§.j.ſ.de dolo.quæ
loquitur in interlocutoria ab obſeruatione iudicij,fortius in diffi-
3 nitiua.†Et ſic vř hic caſus pro opi.Iacob.de Are.quem refert Cy.
in l.exceptionem.ſ.de proba.qui dicit,ꝙ licet exceptio perempto
ria non tollat actionem antequam fuerit in iudicio oppoſita, & p
uentum ad conflictum, imo præſupponit eam extare, cum ꝯtra
exceptionem detur replicatio. poſtquàm tamē peruētum eſt ad
conflictum,& exceptio vincit actionem, & eam interficit, & ex-
tinguit, ſicut in duobus armatis inimicis antequàm perueniāt ad
conflictum,alter alterum non interficit,poſtea ſic.Sed Pet. tenuit
ꝯ̄rium,ut ibi refert Cyn.Barto.concordat iſtas opin.ꝙ per ſolam
propoſitionem exceptionis actio non tollatur,ſed ſi ſuper ea fue
rit pronunciatum ꝯ̄ actorem,& reus pp eam abſolutus,tūc actio
eſt ſublata & extincta.Et de hoc dicit eſſe caſum in iſto text. cum
gl.tñ opin.Pet.vř uerior,quia intentio iudicis abſoluentis pp exce
ptionem non uř fuiſſe in dando reo plus iuris,quàm prius hēret,
ſed illud ſolum declarare.iuxta not.in ſimili.in l.2.de exception.rei
iudica.ubi diſtinguitur inter ſñiam declaratoriam,& diſpoſitoriā,
ut eſt illa,quæ fertur in querela,quia prima non rumpit, ſed decla
rat ruptum,ſecunda rumpit. Sed ante ſñiam reus hoc ſolum ha-
bebat,ſcilicet exceptionem,ergo & nunc non plus habebit. & ad
hunc tex.reſpon.ꝙ debet intelligi de reſtitutione,nō reſpectu ſub
ſtantiæ actionis,quia illa non eſt ſublata,ſed reſpectu effectus,pri
mo non habebat effectum,cum ſibi obſtaret exceptio,nec nunc
habebit,quia datur replicatio. unde videtur quodāmodo de no-
uo reſtitui.& ſic perpetuo potuit agere.& ita mihi uidetur.& iſta
ſunt utilia.

---

1 *Beneficium epiſtolæ competens fideiuſſori,tranſmittitur ad eius hæredem.*
2 *Si dediſti mihi fideiuſſorem,qui renunciauit beneficium excuſſionis,& ip*
*ſum conuenio inſolidū,ſicut non poteſt obijcere mihi beneficium excuſ-*
*ſionis,cui renunciauit:ita nec beneficium diuiſionis,ut ipſe conueniatur*
*pro parte,& tu pro altera cum ſis ſoluendo.*

2 §.Præterea. †Bñficium epiſtolæ competens fideiuſſo-
ri,tranſmittitur ad eius hæredē.h.d. ſm pri-
mam lect.ſm q̄ in tex.dēt eſſe,extitit hæres, & tunc ſupple iſtum
§.per uer.{ſicut.} ꝯ.ea.l. nam hic loquitur,qñ unus fideiuſſor ſuc-
ceſſit alteri,cum eſſent tres,uel quatuor,ut ſi ille qui ſucceſſit con
ueniatur, hēbat bñficium ex perſona ſua, & illius cui ſucceſſit ꝯ̄
tertium,uel quartum.Idem ſi ſucceſſit quilibet alius extraneus,vt
in uer.{ſicut.}iſta ergo exceptio eſt perēptoria,quia tranſit ad hæ-
redē,ſm aliam lecturam dicit,ꝙ bñficium diuiſionis competens
fideiuſſori pōt opponi,ēt per fideiuſſorem datum ab eo ꝯ̄ confi-
deiuſſorē illius,a quo datus eſt,tunc in litera non dēt eſſe illud ver
bum,hæres.iſtud tñ poſtea limitatur in §.ſi fideiuſſor datus a fide-
iuſſore,ſi conueniatur inſolidum.non hēat hoc bñficium aduer-
ſus eum,qui ipſum dedit,qm̄ ille loco rei hř quantum ad eum in-
ter reum,& fideiuſſorē non hēt locum dictum bñficium, ſed ha-
bebit quantum ad fideiuſſorē illius,pro quo ipſe fideiuſſit. uenio
ad caſum.¶In tex.ibi,{extitit hęres fideiuſſori.}cum eſſent tres,vł
quatuor fideiuſſores,& conueniebatur iſte,ut hřs illius, cui ſuc-
cedit ad totam quantitatē,certè poterit opponere bñficium diui
2 ſionis ꝯ̄ alios confideiuſſores.†Nota in §.ſi fideiuſſor. ꝙ ſi dediſti
mihi vnum fideiuſſorē,qui renunciauit bñficio excuſſionis,& ip
ſum conuenio inſolidum,ſicut non pōt obijcere mihi bñficium
excuſſionis cui renunciauit,ita nec bñficium diuiſionis,ut ipſe cō
ueniatur pro parte,& tu pro altera,cum ſis ſoluēdo,licèt huic bñ
ficio non renunciauerit,& licèt ſint bñficia diuerſa, quia illud bñ-
ficium nunq̄ ſibi competit,cum non habeat locum inter reum,
& fideiuſſorem,ſed inter plures fideiuſſores.

§.Præterea ſi quæratur. ¶In facultatibus fi-
deiuſſoris ab eo da-
ti,com-

a ti computantur facultates [a] confideiuſsoris, licèt ergo fideiuſſor
meus non ſit ſoluendo: ſi tñ fideiuſſor ab eo datus ſoluendo eſt,
& ego cõueniar inſolidum, poſsem petere actionem diuidi inter
me & illum, & ſic ille reputabit̃ confideiuſsor meus, ſicut ille pro
quo fideiuſſi, alias non haberem hoc bñficium, ut j. e, l. ſi a Titio.
Et facit iſte tex. ꝙ ſi maritus dedit fideiuſsorem de dote reſtituen
da eo caſu quo dare põt, puta conſanguineum uel attinentẽ, ut l.
2, de do. cau. non nu. uel q̃a eſt conſuetudo, ut Florẽtiæ, uel dedit
correũ, qui ſe principaliter obligauit, ꝙ ipſo uergẽte ad inopiã nõ
poterit uxor petere conſignationem dotis, quia ſatis reputat̃ ido-
neus ſi fideiuſsor ab eo datus eſt idoneus, & ſoluendo. Contra-
rium tñ determinatur in l. ſi conſtante. ſolu. mat. quia cognatio fit
ut mulier ex dote ſe ſuoſq; alat, quod hic non contingit, &c.

ADDITIO

a ¶Facultates. In bonis principalis computantur facultates fideiuſſoris ſm
Bal. in auth. licet hodie. C. de act. & obl. & in l. mulier. C. de iure dot. ubi di
cit idem ꝯ. ſed an in bonis alicuius computentur alienata in fraudem, vi
de Bar. in l. bona. §. eum de iure fiſci.

LEX XXIX.

1 *Officium iudicis imploratur ut ſilentium imponatur.*
2 *Si eſſem in poſſeſſione alicuius rei, in qua non haberem ius, & dubitarem
in ea moleſtari a te, quem etiam ſcio uullum ius habere in ea, an poſſim
agere ad declarandum te nullum ius habere in illa re.*

SI contendat. Iſta l. ſꝑ allegatur ꝓꝑ unam
gl. ſingularẽ, decidentẽ illam
qõnem hic, q̃ colli̇r ex illa dictione, ẽt, q̃ eſt implicati-
1 ua, ut l. ꝯuenticulam. & † ibi no. C. de epi. & cle. ꝙ reus
qui hẽt exceptionem, ſi actor differt agere fortè ut moriantur te
ſtes, qui pñt exceptionẽ probare, correus põt ipſum ad iudiciũ ꝓ-
uocare, implorando iudicis officiũ, & petendo declarari ſibi exce
ptionẽ competere, & illi imponi ſilentium ſuꝑ actione, & ſic non
ſolũ petere examinari teſtes ad æternã rei memoriam. vt l. 2. C. de
uſur. pu. & l. in lege Aquil. ſi deletum. ad leg. Aqui. & in ca. qñ fre-
quenter. ut lit. non cont. licet actor non poterit, niſi cum timet̃ de
ꝓximo teſtes morituros, uel de proximo abſuturos, ſed ẽt põt pe
a tere ꝓnunciari ſuper exceptione ſua aduerſario imponi ſilentiũ, [a]
& ad hoc allegat̃ l. Aurelius. §. ſi centũ. de lib. lega. Ad qđ etiã uide
bonum tex. cũ gl. fi in l. ſi duo patroni. in prin. de iureiur. quę dicit
quem poſse agere ad declarationẽ iuris ſui, qñ dubitat moleſtari.
facit l. diffamari. C. de inge. ma. Sed ꝯ de l. j. C. vt nemo inuitus. So.
non dico, ꝙ poſſim te cõpellere ad agendũ ꝯ me inuitum, ſed di-
co, ꝙ licet actionẽ non hẽam, ſed exceptionẽ, poſsem agere ꝯ te
2 inuitũ officio iudicis ut declaret̃ me tibi non teneri. † Adde Inn in
c. Abbate. poſt prin. in j. col. uer. ſig. q̃ dicit, ꝙ ſi eſsem in poſseſſio
ne alicuius rei, in qua non hẽrẽ ius, & dubitarẽ in ea moleſtari a te
quem ẽt ſcio nullum ius hẽre in eadẽ, non poſsem agere ad decla
randum te nullũ ius hẽre in illa re, ſed tunc demum poſsum age-
re, qñ prætendo me ius hẽre, vt illud declaretur, quod eſt ſingula.
no. quia limitat & declarat illud, ad quod iſta lex allegatur, ꝓ quo
dicto uı̃r caſus in l. j. circa princ. s. ſi pars her. pet. ubi dı̃r, ꝙ ius agẽdi
metimur ex perſona nr̃a, non ãt ex non iure aduerſarij. facit l. mi-
lites. §. Veteranus. de teſta. milit. Non ergo poſsumus agere, quã-
do non habemus ius ad declarationem non iuris aduerſarij, licèt
poſſideamus. Sed qñ habemus agere, poſsumus ſi dubitamus in
illo moleſtari, licèt actionem non habeamus. Tene menti.

ADDITIO.

a ¶Silentiũ. Adde Bal. in l. fi. C. ne fil. ꝓ pa. & in rub. C. de ꝯd. ex l. in j. col. Bal.
& Sal. in l. 3. C. de ceſ. bo. d. Ant. de But. in c. ſi aũt. de reſc. Lu. Ro. conſi. 59.

LEX XXX.

SI ſub impoſsibili. ¶Per iſtam l. dicit Dyn. in r̃la
impoſſibilium, ꝙ ex ꝯtu fa-
cto ſub condõne impoſſibili nulla naſcit̃ obligatio ciuilis, uel nã-
lis, q̃a ſi naſceret̃, poſſet fideiuſſor accedere, ut hoc probat̃ hic, iun
cta l. is cui bonis. s. de ver. obl. Et ſic debet intelligi id, qđ hr̃ in l. im-
poſ. eo. ti. & l. non ſolũ. de act. & obl. Et hoc eſt utile, quia ſolutum
quocunq; errore põt repeti, quod non eſſet ſi oriret̃ naturalis, iu-
xta no. in l. j. de cond. inde. Hic non ſunt alia.

LEX XXXI.

Fideiubere. Sed an ꝓ inuito poterit quis fideiubere?
Dic ꝙ ſic, tñ repetere non põt ab eo qđ
ſoluit. ut l. ſi pro te. s. mand. ſecus qñ pro ignorante, quia repetit ꝑ
actionem negotiorum geſtorum. ut l. 3. §. fi. de neg. geſt.

LEX XXXII.

SI fideiuſſor. ¶No. hic ꝙ fideiuſſor non põt omitte-
re exceptionem dilatoriam in præiudi-
cium debitoris, ſed exceptionem fori, vel aliam perſonalem, quę
ipſum tñ concernat bñ poteſt omittere, ut l. ſi fideiuſſor. §. quæ-
dam. s. mand. dic ut ibi, & in §. fi.

LEX XXXIII.

Ex perſona rei. ¶Iſta l. dẽt intelligi de excep. rei co-
hærentib: quæ tranſeunt in fideiuſ-
ſores, vt s. de excep. l. exceptiones. §. rei autem. ſecus in perſonalib.
Vt in prin. illius l. licet reus poteſt ẽt inuito fideiuſſore deuenire ad
defenſionem fideiuſſoris, & obiicere exceptionem ex ſua perſo-
na, ẽt ſi ſit talis, q̃ ad fideiuſſorem non tranſeat, ut l. idemq;. §. gña
liter. s. mand. ſi tñ fideiuſſor eſſet ſoluendo, haberet regreſſum cõ
tra reum. alias ſecus, vt s. eo, l. Marcellus. & ibi per Dy. & Bar. & ibi
tetigi. in fine.

LEX XXXIIII.

1 *Inſtãtia incępta cũ defuncto trãſit in eius hæredẽ, ſicut & alia bona, & iu
ra ipſius defuncti, et qualiter procedetur cõtra ipſum hæredem, & nu. 2.*
3 *Conuentus ſuo nomine, an hodie ſatiſdet de iudicato ſoluendo.*
4 *Satiſdatio iudicatum ſolui committitur ſi cauſa non defendatur, cum con
tineat clauſulam de defendendo.*
*Clauſula de defendendo an contineat clauſulam iudicatum ſolui.*
5 *Si aliquis inſtituat ſeruum, quem putat ſuum, cum ſit meus, nõ tamen in-
ſtitutio uitiatur, ſed ualet, & iuſſu meo poteſt adire hæreditatem & mi
hi acquirere, & quid ſi credebat ipſum liberum.*
6 *Si ſatisdediſti mihi de iudicato ſoluendo, & poſtea vis cedere liti, & ego
uelim proſequi, ut declaretur ius meum, an tenearis.*

1 SI eum hominem. † Inſtantia cępta ꝯ defun-
ctum tranſit in eius hære
dem, quo non defendente, & tñ contendente ſtipl'o iudica-
tum ſolui cõmittit̃ ex clauſula de defendẽdo ꝯ fideiuſſores,
ſecus ſi non contendat, ſed cedat, quia tunc æquitas non patit̃, vt
cãm defendat poſtq̃ non vult litigare. h. d. no. & eſt aliquantulum
difficile, & primo loquit̃, qñ ſeruus inſtitutus hæres a defuncto, ꝯ
quẽ lis erat mota ſuꝑ eodẽ ſeruo, cõmittit̃ cũ eo qui litẽ mouerat
negando illum eſſe dñm ipſius, & dicendo ſe fuiſſe ſeruum illius
defuncti, & nunc eſſe effectum liberum, & hæredem, & tñ cãm
cęptam ꝯ defunctum non defendebat, uſq; ibi. {ſi aũt.} poſtea lo-
quitur, q̃a non contendebat, imo ꝯfitebatur ſe eſſe ſeruum illius,
qui litem mouerat, & non illius defuncti, qui ipſum inſtituerat, &
ſic nolebat litigare, ſed cedere liti. Et quælibet iſtarum ſubdiuidit̃
in duas, ſicut duos ponit caſus, nam in prima parte primus caſus
ponitur, qñ re uera fuerat ſeruus defuncti, & ſic erat effect⁹ liber,
& ꝯtendebat de iure, tñ cauſam nõ defendebat, unde perinde eſt
acſi de facto, & non de iure ꝯtenderet, ut ꝯmittatur ſtipulatio ad
intereſſe ꝓꝑ rem nõ defenſam, & puto, ꝙ iſtud intereſſe ſit de ęſti
matione totius ſerui, q̃a poſtq̃ per ipſum ſtat quominus declaret̃
per ſñiam quis habeat ius, cenſetur ius non habere, ſed actor per
quẽ nõ ſtat. & hoc uſq; ibi. {ſi aũt homo.} ibi qñ re vera erat acto-
ris, & ſic cõtendebat de facto, & non de iure. unde multo magis
non defendendo facit cõmitti ſtipulationem. Scđa ẽt pars ponit
duos caſus. Primus eſt, qñ fatebatur ſe eſſe ſeruum illius actoris,
& iuſſu illius adiuit hr̃ditatem illius defuncti. vñ non expediebat,
ꝙ cãm defenderet, cũ actor hẽat intentum ſine defenſione. ſ. ſer-
uum, & hr̃ditatẽ, & hoc uſq; ibi, {planè.} Secundus caſus eſt, qñ il-
le ꝯfitebat, & erat paratus adire eius iuſſu, ſed dñs nolebat iubere,
ꝙ adiret quouſq; cã eſſet finita, & expedita, & pronunciatũ ſe eſ-
ſe dñm: certè licet cã non defendatur, ſtipulatio ꝯ fideiuſſorẽ non
committit̃, q̃a æquitas non patit̃ cum actor poterit hẽre intentũ,
ſine lite, & ſine defenſione, nec expediebat litẽ proſequi. uenio ad
caſum. ¶In tex. ibi. {Titium liberum hr̃dẽq; reliquerit} ſubaudi, &
ego uolebam proſequi litẽ cęptã ꝯ iſtum ſeruum, qui ꝓtendebat
ſe hr̃dẽ, & liberum, ut declaretur me eſſe dñm ipſius, ipſe aũt nole
bat cãm defendere, & nihilominus negabat me eſſe dñm, & dice
bat ſe eſſe liberum, & hr̃dẽ, certè ſiue diceret uerum, cõmittetur
ſtipl'o, ſiue diceret falſum, vt ſeqtur, hoc enim ex futuro euentu
veniebat declarandum per ſñiam. uñ malè facit cãm non defen-
dere: ſed ſi fatet̃ ſe eſſe ſeruũ meum, nõ tenet̃ defendere: & hoc in
uer. {ſi aũt adierit.} ſiue ego non intendã ꝓſeq̃ litẽ, ſed iubeo ꝙ a-
deat, ſiue uelim ꝓſequi, ſed ſuperuacuũ, & iſta dãt intelligere text.
2 huius l. qui eſt obſcurus. † collige ergo multa ex hac l. Primo. illud
a ad qđ uulgariter allegat̃, ꝙ inſtantia cępta cũ defuncto tranſit [a] ad
hr̃dem, ſicut & alia bona, & iura ipſius defuncti. facit l. ſi ſeruus. de
infam. & loq̃t hic ex parte rei. Idẽ ex parte actoris, vt l. ſi operarũ
iudicio. de ope. lib. Aduerte tñ, q̃a tunc dẽt fieri proſequutio ꝯ hr̃
dẽ, & in eius ꝑſonam ferri ſñia, & ipſe citari, ſed ſi fieret proſequu
tio ꝯ defunctum, non ualeret proceſſus, nec ſñia, vt in l. de qua re.
§. cũ me abſente. s. de iud. j. quæ ſenten. ſine appel. reſcin. l. pen. tran
ſit ẽt in fideicommiſſarium vniuerſalem per reſtitutionem hære-
ditatis. ut l. cum hæreditas. ad Treb. Item in alium ſucceſſorẽ uni-
uerſalem.

ADDITIO.

a ¶Tranſit. Sed an ſola citatione dicatur inſtantia cępta, ut trãſeat ad hr̃dẽ,
vide Bal. ꝙ ſic, in l. j. C. ſi pen. appel. mors interue. & ſi defunctus rõne con
tumacię ueniebat condemnandus in expenſis, an hæres eius poſſit dãna
ri, uide tex. in l. j. §. fi. iuncta gl. in uerbo, pœnã. ſm primã lect. s. ſi q̃s ius di.
non obtẽp. & Bal. in l. ſi pater. C. ſi pend. app. & inſtantia cępta ꝯ defunctũ
tranſit ad hr̃dẽ, cum eſt cœpta corã iudice nõ corã arbitratore, ſm Imo.
c. ex parte. de reſcr. Et an ſi impetratum ſit reſcriptum ꝯ Titium, & ante-
quam citetur Titius moriatur, an hæres eius poſſit citari uigore talis re-
ſcripti. uide Imo. in c. ſignifica. de reſcr. Doc. in l. ſi deceſſerit. q̃ ſatiſ. cog.

uerſalem.ut l.tam ex ꝯtrib.ſ.de iud.vbi cępta cum filio trãſit ꝯ pa
trem occupantem bona filij iure peculij,& tñ nõ eſt hr̃s,& eꝯ cę
pta cum patre ẽt ſuper his,q̃ tranſeunt in filium ut filium, non ut
hr̃dẽ,vt eſt caſus ſingularis in d.l.operarũ iudicio.quod not.ſi pa-
ter recepiſſet fundum pro ſe & filiis,& litẽ ſuper ipſo mouiſſet, an
tranſiret in filium,licèt non eſſet hæres.qđ eſt ſingulare.dr̃ aũt ne-
dum incępta per ꝯte.lit.ſed ẽt ſi non eſſet conte.ſi tñ p̃ſtita eſſet ſa
tiſdatio.de iudi.ſoluendo. hẽretur pro cępta q̃tum ad hoc per l.ſi
defunctus.ſ.de procu.ſ̃m Ang.Tranſit ẽt in ſingularẽ ſucceſſorẽ
ex cã neceſſaria,ut l.in hoc iudicium.cõi diui. non ſic ſi eſt uolun
taria,vt l.2.§.non ſolum.in fi.de hær.ven.p̃t tñ ſibi cedi,ut l.in cau
3 ſæ.§.fi.cũ ibi no.de proc.¶†Itẽ allegatur iſte tex. ꝙ iure iſto ꝯuen-
tus ſuo noĩe in actione reali,teneat̃ ſatiſdare de iudi.ſol.non ſic in
actione perſonali,ſ.de noxa.l.ſi plurium.§.j.& l.hoc aũt. §. fi. qui.
ex cau.in poſ.ea.& no.in l.Iul.qui ſatiſ cog.hodie uero nemo ſuo
noĩe conuentus ſatiſdat de iud.ſol.ut Inſti.de ſatiſda.§.ſed hodie.Et
4 de iſto art.dic ut j.iud.ſol.ſuper rub.per Bar.¶†Tertio no.ꝙ ſatiſ-
datio iudicatũ ſolui committit̃ ſi cã non defendat̃, quia continet
clãm de defendendo.ſic econuerſo clã de defendendo continet
clãm iudi.ſolui, quia non dr̃ rectè defendere,niſi ſoluat iudicatũ.
tex.eſt no.in l.rectè defendi.ſ.de iud.nec ob.l.græcè.§.& poſt litẽ.
ſ.e. qa ibi in ſtipulatione de iudicio ſiſti, q̃ non importat,ut ſoluat
iudicatũ,immo lata ſñia finitur, & ſolum importat, ut ſiſtat in iu-
dicio perſonaliter,ſi tñ non ſiſtat põt defendere, & facit ut illa ſti-
pulatio non committat̃,niſi cum p̃ñtia perſonæ eſt neceſſaria, ut
l.ſi cũ.in princi.ſ.ſi quis cau.Ex his patet,ꝙ iſta l.non dẽt intelligi in
ſtipulatione de iudicio ſiſti,quia non continet clãm de defenden
do,niſi velit defendere,licet gl.innuat ꝯrium.tene ergo ſ̃m intelle
5 ctum gl.ꝙ loquitur in ſatiſdatione de iud.ſol.¶†Item not.& ꝑpe-
tuo tene menti,ꝙ ſi aliquis inſtituat ſeruum,quẽ putat ſuũ,cũ ſit
meus,non ꝑpea inſtitutio uitiat̃,ſed ualet, & iuſſu meo põt adire
hr̃ditatem,& acquiri mihi. Quid aũt ſi credebat ipſum liberũ? Dic
6 vt in l.cum alij C.de iure delibe.¶†Vltimo no.in fi.ar.ꝙ ſi ſatiſde-
diſti mihi de iud.ſoluen.poſtea uis cedere liti,ego aũt uolo proſe-
qui,vt declaretur ius meũ,nõ teneris proſequi,nec cõmittitur ſti-
pulatio ob rem non defenſam,quia æquitas non patit̃, vt cogaris
litigare,ex quo uis cedere,ut hic.& l.ſi reus paratus.ſ.de procu.Itẽ
ꝙ iacente hr̃ditate non committit̃ ſtipulatio ob rem non defen-
ſam,ſ̃m Bar.& hoc uerum,qñ iacebat de iure,& de facto,ſecus ſi
ſaltem de facto non iaceret,ut in ſecundo caſu l.in uer.{ſi aũt hõ.}
iuncta gl.ubi de facto adiuit hr̃ditatem,cum tñ non fuiſſet ſeruus
illius defuncti,& tñ ſi non defendit,committitur ſtipulatio, & ni-
hilominus hæreditas de iure iacebat.

LEX XXXV.

**Hi qui acceſsionis.** ¶Lenior dr̃ obligatio, cum quis p̃t ſoluere duobus, q̃ ſi
vni tñ.Item leuior eſt cum quis tenet̃ ad unã tñ ſpeciem certã,
q̃ ad duas alternatiuè.h.d.caſus eſt iſte.¶In tex.ibi,{hi q acceſſio-
nis loco.}ſed cum multis modis dicatur quis acceſſoriè teneri, ut
no.in l.in perſonam.§.j.ſ.de pac.An in oĩb.illis habebit locum qđ
hic dr̃? in gl.ꝙ ſic.in l.græcè.§.illud.ſ.eo.Bar.ꝯ hic in fi. nam conſti
tutor põt in plus ſe obligare loco,uel tp̃e,q̃ principalis, ut in l. ſed
& ſi citeriori.de conſti.pe.l.non re.& l.hactenus.§.fi.eo.ti. non tñ
redditur ex toto nulla obligatio,ſed ad quantitatem, qua tenetur
principalis,ut ibi.tñ ſecus in fideiuſſoria,ut in d.§.illud. nota. ſed ſi
principaliter ſe obligat,ur̃ ꝙ ẽt ſi in re plus contineat,ualeat per l.ſi
diuortio.de verb.oblig.Sed quid ſi negotium re vera pertinet ad
fideiuſſorem, vt interdum fit q̃ſito colore.ut l. ſed Iulianus. ſ. ad
Maced.Dic ſ̃m Bar.adhuc quod hic dr̃,quia hoc concernit for-
mam fideiuſſionis,& ſufficit ꝙ promittat ut fideiuſſor,ad hoc vt
fideiuſſio non valeat ſi ꝯtineat plus,licet re uera ipſe ſit principalis
ſed in his quæ concernunt effectum,inſpicitur ueritas, & non for
ma,ut d.l.ſed Iulianus.ſ̃m eundem.quæ uerba tene menti in fin.l.
ibi.{quod uerum eſt.}Dic ſed ꝯ,ꝙ non ualeat fideiuſſio, ſi princi-
palis eſt obligatus alternatiuè ad duas ſpecies, & fideiuſſor ad alte
ram tñ earum,non ex eo,ꝙ ſecunda ſit durior,ſed quia eſt diuer
ſa,vt eſt caſus in d.l.græcè.§.illud.uerſ. ſi quis Stichum hoc ꝯrium
eſt difficile.& Bar.ſuper eo pertranſit, & finaliter dicit,ꝙ iſte fide-
iuſſor poterit liberari dando aliam ſpeciem,ſicut principalis,ſed ꝑ
hoc non tollitur ꝯrium formatum,quia eſt obligatio diuerſa,un-
de poſſumus ꝯrium fateri,nec enim hic dr̃,ꝙ ualeat fideiuſſio,ſed
dr̃ ꝙ in leuiorem cauſam eſt obligatus,& hoc fateor; ſed quia in
diuerſam cauſam redditur nulla per l.ꝯriam.

LEX XXXVI.

**Cũ fideiubeat.** ¶Fideiubens pro nãli obligatione ſerui tenet̃ quatenus eſt in peculio
h.d.in dubio puto,ꝙ fideiubens pro ꝯctu ſerui uideatur fideiube
re in oẽm cauſam,ideſt pro utraq; obligatione arg. j.eo.d.l.ſi quis
pro eo.§.ſi nummos.& l.ſi poſtea.rem pupil.ſaluam fore.& ſ.lo-
cati.l.quæro.in prin.& hoc ſi ſciebat eum ſeruum, ſi aũt credebat
eum liberum,& ſic poſſet habere regreſſum ꝯ eum, non tenetur
in effectu,ne remaneat in damno, ſed cum quis fideiubet pro li-
bero homine,quem putat eſſe efficaciter obligatum, & non eſt,
niſi nãliter, tunc non curatur error ſuus ſi fideiuſſit de mandato
illius,quia habet regreſſum,ſed curatur error illius. ut j. e.l. ſi quis
poſtquam. caſus eſt iſte.

LEX XXXVII.

**CVm is, qui.** ¶Vni ex fideiuſſorib. ſoluenti totum,p̃t cedi actio tã ꝯ princi-
palem,quàm ꝯ fideiuſſores,qa non eſt ſublata mero
iure, licet ſit ſublata ope exceptionis, tñ exceptio, q̃
obſtat cedenti,non obſtabit ceſſionario,qa ceſſat cã.h. d. in effe-
ctu tex.cum gl.& Doc.& intellige,ꝙ poterit cedi etiam ex inter-
uallo,licèt gl.dicat ꝯrium ecce caſum.¶In text.ibi,{præſtat actio-
nes.}ſubaudi ex interuallo,alias non hẽret dubium. ut j. de ſolu.l.
Modeſtinus.& ſubaudi.Quærit̃ an ualeat ceſſio? & arguit ꝙ nõ;
quaſi per ſolutionem unius,oĩs obligatio competẽs creditori ꝓ
illo debito ſit ſublata ipſo iure,ergo non potuit cedere actionem,
q̃ nõ habebat,ſed ꝯrium eſt.nam habebat plures actiones diuer-
ſas,& ex diuerſis promiſſionib.orientes,tam ꝯ principalem, q̃ ꝯ
quemlibet ex fideiuſſorib.illa ergo pro qua tenebatur ſoluens be
ne eſt ſublata ipſo iure,quia pro illa cẽſetur facta ſolutio, & illa nõ
p̃t cedi alteri ex interuallo,niſi tp̃e ſolutionis hoc eſſet actum, ut
d.l.Modeſtinus.ſed aliæ non,quia pro eis non cenſet̃ facta princi-
paliter ſolutio.obſtaret tñ creditori exceptio ſi ageret ꝯ principa-
lem debitorẽ,vel ꝯ fideiuſſores, ne bis idem conſequatur,q̃ ratio
ceſſat in perſona ceſſionarij,& illud quod eſt ſolutum, non ſolũ
cenſetur ſolutũ pro obligatione ſoluentis tollẽda, ſed etiam vt ce
dantur actiones ꝯ principalem, & confideiuſſores, & ſic tñ pre-
tium earum,non ut tollantur,quia cedi non poſſet,ſed ut cedant̃.
creditor ergo recipiens hoc reſpectu eſt obligatus ad cedẽdum,
ergo illæ actiones remanent,vt poterit cedi.Et hoc intendit dice-
re tex.ſequens,qui eſt aliquantulum obſcurus,& ſic dũ dicit,{in-
ſolutum.} ſubaudi tñ, quia pro ſua obligatione ſoluit̃, ut debitũ,
& ſi cedit inſolutum pro obligationib. aliorũ, non ſoluit̃ ut debi-
tum,& ſic non cedit inſolutũ,ſed ſoluitur ut pretium earũ, & ſic
eas non tollit,& hoc in his,qui ſunt acceſſoriè obligati, ut uidean
tur ſoluere pro ſua tñ obligatione, nõ pro obligatione principa-
li,niſi hoc dicat̃ expreſſe,& tunc illa tolleret̃ ipſo iure,& in ꝯñam,
aliæ ẽt acceſſoriè ſil'r tollerentur,ut hr̃ in l.Papinia.ſ.mand. & l.Sti
chũ.§.ſi plures. j.de ſol.ſed in plurib.principaliter obligatis eodem
gñe obl'onis,dic ut l.Modeſtinus.allegata,qa ſi unus ſoluit,cenſet̃
pro ſua,& ẽt aliorum obl'one ſoluere,& ſic oẽs tolluntur ipſo iu-
re,& ex poſtfacto non põt fieri ceſſio, niſi fuiſſet actum tp̃e ſolu
tionis.Et per hęc remanent expeditæ gl.quæ non bñ loquuntur.

LEX XXXVIII.

1 *Fideiubens per errorem pro eo qui liberatus eſt tempore,non tenetur.*
2 *Fideiubens ex certa ſcientia pro eo qui eſt liberatus tempore,an teneatur.*

1 **SI quis poſtquàm.** †Fideiubens per errorem pro eo qui
liberatus eſt tp̃e,non tenetur.h.d.ecce caſum.¶In tex.
ibi,{liberatus eſt.}ſubaudi a ciuili obligatione nõ a nã
li,q̃ remanet ẽt in actionib.tp̃alib.poſt lapſum tp̃is,ut l.atqui nã.in
in prin.de neg.geſt.ſ.non aũt põt eſt intelligi hic in actionib.perpe
tuis,q̃ hodie iure codicis tolluntur præſcriptione xxx.annorũ, qa
illa p̃ſcriptio hoc iure non erat inuenta,vt no. in l. qui occidit.ſ. ad
l.Aquil.ſed nec per illã præſcriptionem tollitur hodie nãlis,ſed eli-
2 ditur eius effectus,ut no.in l.fi. j.rem ra.ha.¶†In text.ibi, {fideiuſ-
ſorem dederit.} ſubaudi per errorem, credns ſe non eſſe libera-
tũ.Si aũt ex certa ſcientia,cenſeret̃ renunciaſſe exceptioni præſcri-
ptionis,ar.l.ſi quis delegauerit. j.ti.j.& uterq; teneretur cum effe
ctu:loquit̃ ergo hic,qñ ille qui dedit fideiuſſorem errauit,& tunc
non curo,an fideiuſſor errauerit,uel non. nã ẽt ſi ſciebat illum eſ-
ſe liberatum,ſi fideiuſſit mandato illius,ur̃ tutus exceptione,qa ſi
non eſſet,poſſet ab illo recuperare,& ſic error illi non prodeſſet,
& uerſaret̃ in damno,ſed ſi ſine mandato fideiuſſiſſet,bñ attende
rem errorem ipſius fideiuſſoris,qa ſi non errauit,ab illo nõ recu-
perat,qa non utiliter geſſit negotiũ eius,& ur̃ donaſſe;ſed ſi erra-
uit,& non uerſet̃ in damno,erit tutus.¶In tex.ibi,{erroris,}dic gl.
intelligit de errore facti.Dy.intelligit ẽt de errore iuris, qui nõ no-
cet in damnis uitandis,nam,& ſi ſolueret errore facti, uel iuris, q
tutus eſt exceptione p̃ſcriptionis,repeteret,ut no.in d.l.fi. rem ra.
ha.ergo & ſi promiſit,uel fideiuſſorem dedit ſil'r debet eſſe tutus
cũ ſolutio,& promiſſio parib.paſſib.ambulent quo ad hunc effe-
ctum.l.fi.C.ad l.Fal.& l.ſi patronus.de dona.¶Sed ꝯ Dyn.opp.de
l.j.in prin.ut in poſ.leg.ubi fit dñia an dederit per errorem facti,vel
iuris.Sol.& no.ibi loquit̃,qñ ille,qui erat efficaciter obligatus, nõ
tñ tenebat̃ dare fideiuſſorẽ,ipſum dedit,quo caſu ſi ex certa ſcia.
ualet datio,ut l.ſed & ſi quis.§.fi.ſi qs cau.ſi per errorẽ facti,nõ va
let,& repetitur,ſeu ꝯdr̃ liberatio tã reſpectu principalis, q̃ reſpũ fi
deiuſſoris;ſi autem per errorem iuris,repetit̃ duntaxat, quo ad fi-

deiuſ-

deiuſſorem,q̃a ſolum petit̃,ut ille liberet̃.& ille tex.in l.ꝯria,ſ̃m intelle.Dy.& Bar.idem.hic aũt loquit̃,qñ ille qui non erat efficaciter obligatus,q̃ erat tutus præſcriptione,fideiuſſorem dedit, quo caſu ſi ex certa ſcientia,vr̃ exceptioni renunciaſſe, ut dixi, ſed ſi ꝑ errorẽ facti,uel iuris,ſecus,& nõ tenuit fideiuſſio, & ita uoluit gl. in d.l.j.ſuper verbo,exceptione.¶Sed adhuc oppono fortiter, ꝙ ẽt ex certa ſcientia dedit fideiuſſores,non teneat fideiuſſio, ut in l. ſi mulier ꝯ Senatuſcon.§.fi.ad Vell.& l.ſed & ſi paterfam.§. nõ ſolum.ad Maced.¶Solu.hic loquitur in eo,qui erat tutus tali exceptione,cui poterat renunciare ſaltem ſimpliciter,& tũc diſtinguit̃ an ex certa ſcientia,vel per errorem. ibi qñ non poterat renunciare ſaltem ſimpliciter,& tunc non diſtinguit̃,an ex certa ſcientia,vl' per errorẽ,ſed bñ diſtinguitur inter exceptionẽ Velle. & illa cõpetit indiſtinctè fideiuſſori,ẽt ſi fideiuſſit aĩo donandi, vt d.l. ſi mulier ꝯ.§.fi.& exceptionem Macedoniani,& illa diſtinguit̃, an fideiuſſit aĩo donandi,uel non.ut d.§.non ſolum.& rõnem diuerſitatis ponit gl.in d.l.ſi mulier ꝯ.§.fi.¶Vltimo adhuc oppo.ꝙ tex. iſte non procedat,dum dicit in fi.ꝙ fideiuſſio erroris nulla eſt, intelligendo ſ̃m ꝙ glo.intelligit,nam aut per præſcriptionẽ ſublata erat oĩs obligatio,& tunc procedit gl.dum diſtinguit,an ex certa ſciẽtia,vel per errorem,q̃a ẽt ſi ex certa ſcientia,eſſet nulla, cũ nõ ſubſit principalis,cui poterit accedere,vt ſ.eo l.qui ꝯ.& j.l.proxi.§. fi. aut non fuit ſublata ſaltem nãlis,& tunc non vr̃ procedere tex.dũ dicit,ꝙ eſt nulla,quia immo eſſet aliqua ſaltem quo ad nãlem obligationem,vt ſic teneat̃ eo modo,quo principalis.Bar.multũ dubitauit in hoc ꝯrio, & primo dixit ſe intelligere text. eo caſu quo oĩs obligatio eſt ſublata,ſed ego neſcio caſum in quo poterit eſſe ſublata,quia tp̃s non eſt modus tollendi obligationem ſaltem nãlem,ſi eſt tp̃s legale,& ſi conuentionale,& ſic hẽt vim pacti, non eſt modus tollendi ciuilem.l.obligationum fere.§. placet. de acti. & obl.iuncta l.eum qui ita.§.qui ita.de uerb.obl.unde idem Bart. dicit,ꝙ uolendo intelligere, qñ non eſt ſublata oĩs obligatio, dẽt exponi tex.dum dicit,{nulla.}ſubaudi q̃tum ad effectum, non ãt ipſo iure.ſed hoc eſt deſtruere tex.& gl.in d.l.j.vt in poſſ.leg. ſuper verbo,exceptione.Intellige ergo iſtum tex.vt iacet, ꝙ ſit nulla ipſo iure.Ad ꝯrium ergo rñde,ꝙ licèt remanſerit nãlis,quia tñ ſunt oĩno inefficaces,cum ſint eliſæ per exceptionem, nec habeant effectum impediendi repetitionem ſoluti pro errorẽ iuris, vel facti, ut no.in l.fi.rem ra.ha.perinde eſt ac ſi eſſent in rerum nã,quo caſu fideiuſſio eſſet ipſo iure nulla deficiente principali:ita & hic,q̃a paria ſunt non eſſe,vel eſſe inutile.ut l.j.§.quib.ſ.quod cuiuſq. vniuerſi nomi.Nec obſt.l.Marcellus.ſ.e.cum ſi. quia ibi, qñ quis fideiuſſit pro ſola nãli non eliſa per exceptionem, quia non fuit coniuncta cum ciuili,nec peperit actionem, & illa eſt potẽtior.hic qñ ſemel fuit iuncta & actionem produxit,& poſtea per exceptionem eliduntur.& illa eſt inefficacior.Et adde hic,quod no.Bar. plene diſtinguendo in l.ſi patronus.de dona.qñ ille qui tenetur dare fideiuſſorem,ipſum dedit & teneat.& cum illis iunge,quæ ſ.dixi, quæ dantur magis illa intelligere.

LEX XXXIX.

SI Stichum. Si in obligatione principali cõpetit electio debitori, non põt in fideiuſſoria dari electio fideiuſſori.h.d. quia poſſet diſcordare, & ſic eſſet aſſumptũ in alia re q̃ debetur q̃ a principali.caſus eſt iſte.ſtipulatus fui a te Stichum,aut Pamphilum.&c.¶In tex.ibi.{quia futurũ eſſet.}dic ſed cum poſſet cõcordare in eligendo,quare non valet fideiuſſio ſaltem in hũc caſum, vt innuit tex.ſ.dum dicit {non poſſum &c.}rñdeo,ꝙ ius potius p̃ſumit,ꝙ diſcordent ꝑꝑ nãlem cõditionem hoĩum aptam potius ad diſſentiendum.ut l.Itẽ ſi vnus.§.fi.ſ. de arb. & quia qñ ꝯcurrũt duo,quorum unum prodeſt,aliud nocet,inſpicit̃ id quod nocet, vt l.ſi quis in graui.§.fi.cum l.ſeq.ſ.ad Sill. Ex diſcordia aũt ſequeret̃, ꝙ eſſent obligati ad res diuerſas,vt l.græcè.§.ſi quis Stichum. ſ.eo.¶Sed ꝯ de §.idem Iulia.eadem l.Sol. ibi ſunt caſus diuerſi. nã hic loq̃t̃,qñ datur electio principalis in obl'one principali, & in fideiuſſoria dat̃ fideiuſſori.ibi qñ in una datur debitori,in altera creditori,uel in una creditori,in altera fideiuſſori, licèt gl. alleget iſtũ tex.pro concordantia,ſed magis eſt ꝯ.hic non ſunt alia.

§.A Titio. Fideiuſſor acceptus pro obligatione conditionali non tenetur,ſi t̃pe cõdõnis aduenientis non reperit̃ perſona,uel res pro quibus obligetur. h.d. caſus eſt iſte.ſi.n.iſte fideiuſſor obligaret̃,obligaretur pro ipſo creditore,tã q̃ hærede debitoris apud eundem tanq̃ creditorem. & hoc ſtare poteſt,ut j.e.l.ſi quis pro eo.§.j.nec retrotrahit̃ conditio,quia res non eſt in eiſdem terminis,quibus erat t̃pe fideiuſſionis factæ, & ſic deficiunt extrema.

LEX XL.

uenit de nouo, debet creditor abſtinere a denunciatione fideiuſ-
ſoris.nam etiam ſi non denunciaſſet, deberet abſtinere, ne fiat fi-
a deiuſſori præiudicium,[a] quia ille cenſetur fideiuſſiſſe contempla-
tione recuperandi a principali, non a fideiuſſore non fideiuſſurus
ſi ↄ̃rium ſciuiſſet,& ſic rebus ſic permanētibus,uel ſtantibus,vnde
creditor ſciēs cām ſuperueniſſe de nouo, vr̃ dolo facere.arg. j. de
ſolu. l. Cornelius. & l.cum quis.in princ.& hoc ſiue creditor non
erat obligatus ad numerandum,ſiue etiam erat, quia promiſerat.
nam talis promiſſio debet intelligi ſub eadem conditione ſi ꝑma-
nebis in ſtatu in quo es, ſed ſi cauſa non ſuperuenit de nouo, non
cogitur ſtare denunciationi fideiuſſoris.arg. l.ſi is a quo in fi. ut in
poſ.le.ſiue erat obligatus ad numerandum.arg. l.uerum.š.de con
ſti.pec.& l.Papin.de publiciana. ſiue non erat obligatus, quia ſaltē
recipiendo promiſſionē illius, vr̃ dediſſe fidē de numerando, quã
fallere graue eſt,vt l.j.in fi.de conſti.pec.& ſaltē eũ obligat verecũ
dia.ar.bonũ.š.locati.l.Quintus. & ſic habebit regreſſum ↄ̃ fideiuſ-
ſorem,niſi appareret,ꝙ hoc feciſſet in ꝑniciem fideiuſſoris, q̃d po
terit probari ſi coram aliquib.hoc dixiſſet,per no.in l.apud Celſũ.
in prin.de do.excep.& l.Fulcinius.§.quid ſit latitare.quib.ex cau.in
poſ.ea.Pone enim, ꝙ tempore promiſſionis iam erat non ſoluen
do,& fideiuſſor neglexit inueſtigare de qualitate illius, & poſtea
denunciat creditori,ꝙ non numeret, & creditor poterat ſine ue-
recundia abſtinere, nã debebat hoc facere, q̃a ſibi non nocebat,
& alteri proderat.vt š.de aqua plu.ar.l.j.§. deniq;. & l.ij.§.pe. Et ita
puto dicendũ in hac quæſtione,quicquid dicat Bar.non ſunt alia.

A D D I T I O.

a ¶Præiudicium.Adde Doct.in c.eum pro quo extra de fideiuſ. ubi d.Abb.
aliquid dicit in hac materia.

L E X LXIIII.

1 INter creditorem. Fideiuſſor ſimpli
citer fideiubēs cē
ſetur eodem modo ſe obligare, quo erat obligatus
principalis.h.d.in effectu.¶In tex.ibi, (liceret ei vende
re)pondera iſtud verbum, (liceret,)nam iſtud pactum videbatur
factum in fauorem creditoris, vt poſſet vendere pignora ſtatim
facta prima requiſitione,& debitore non ſoluente,immo videba
tur ꝙ poſſet huic pacto renunciare,& eo non uti,ſed ageret con-
tra debitorem, & ↄ̃ fideiuſſorem ad totam ſummam pignoribus
etiam non uenditis.ar.in l.ij.š. de l.cõmiſſo. tñ iſte tex.vult ↄ̃rium,
ꝙ non poſſum agere,niſi prius venditis pignoribus,& in eo quod
reſtabit ſoluendu,ſi pretium non ſufficeret,q̃a ita vr̃ tacite actum
ex eo ꝙ poſtea ſeq̃tur in pacto.(& ſi quo minoris veniſſent. &c.)
¶Et ꝑꝑ illud rñdetur ad ↄ̃rium,quia iſtud pactum continet duo.
unum in fauorem creditoris, vt ſtatim poſſet vendere pignora ſi
vult:aliud cenſetur continere in fauorem debitoris, propter ver-
ba ſequentia. ꝙ non conueniatur,niſi pignoribus prius uenditis,
& ſic non poteſt conuenire debitorem, ita nec fideiuſſorem, q̃d
perpetuo tene menti, ſed ſi non eſſent apposita, niſi iſta uerba, ꝙ
liceret ei uendere pignora, procederet contrarium. ſi tamen pi-
gnora non poſſent vendi ſine culpa creditoris, poſſent conueni-
re fideiuſſorem, & etiam principalem.vt š.eo.l.amiſſi.

L E X LXV.

FIdeiuſſor. Fideiuſſor, qui pecuniam obtulit
creditori, nō tñ ſoluit ex iſta cã,
ſed cōſignauit,& depoſuit, perinde pōt a debitore re
cipere ac ſi ſoluiſſet.h.d.ſi autem non conſignauit, tñ
codēnatus eſt,pōt agere non ꝑcisè ad pecuniam, ſed vt liberetur,
vel ut pecunia ſibi ſoluatur,l.Lucius.š.manda.Caſus eſt iſte &c.

L E X LXVI.

1 *Forma fideiuſſionis.*

1 SIcut res. †Etiam fideiubendo non poteſt quis
alienum factũ ꝓmittere. h.d.Et de eo
quod hic tangit glo.dic vt plenè dixi.š.eo.l.ſi quis pro
eo.in prin.¶In tex. ibi. (ſicut reus principalis.)i.dicere,
ſicut qñ quis promittit ꝓ ſeipſo non ꝓ alio obligato, nō pōt pro-
a mittere factum alienum,[a] puta,ꝙ Titius mihi dabit, aut aliquid fa-
ciet,ita & cum promittit pro ipſo Titio mihi obligato ad dandũ,
vel faciendum,non dēt promittere,ꝙ ille dabit,uel faciet,q̃a ſic eſ-
ſet promiſſio nulla, ſed dēt ꝓmittere, ꝙ ipſe dabit, aut faciet illud,
2 ad quod Titius mihi dandum,vel faciendum eſt obligatus.† Not.
ergo hic formam fideiuſſionis,& not.glo.in fi.ad illud,quod aliàs
dixi, ꝙ fideiuſſor poteſt promittere pœnam,licèt principalis nō ꝓ-
miſerit. nec per hoc dicitur in duriorem cãm interceſſiſſe, non tñ
illam recuperabit a debitore,quia eam ſoluit ꝑꝑ morã ſuam:ſed ſi
principalis eãdem pœnam promiſiſſet,bene recuperaret,ut etiam
tenet tex.cum glo.in l.ſi mandato.§.pen.š.man. & adde quod no.
Bar.in l.centum Capuæ.de eo quod certo loco.

A D D I T I O.

a ¶Factum alienum.Adde in l.fi.š.ſi cer.pet.& Bar. in l.ſi quis pro eod.š.eo.
& in rubr.š.iud.ſolui.

L E X LXVII.

SI ſeruus. Qui agit ex ↄ̃ctu alterius,cenſetur illum
ratificare.h.d.facit l.j. C.de furtis. Caſus
eſt iſte.¶In tex.ibi. (pro Titio fideiuſſerit.)ſ.ſine conſenſu
dñi,& ſic nō ualuit fideiuſſio,& ſi ſoluit de pecunia peculiari,pōt
dñs repetere ab eo cui ſoluit,ut š.eod. l. ſeruus inſcio. cum l.ſeq.ſi
ergo eligat agere actione mandati ↄ̃ illum, pro quo fideiuſſit, re-
conciliatur ſolutio, quia cēſetur eam ratam habere, & ſic amodo
non poteſt repetere ab eo,cui ſoluit, poſito etiam ꝙ nec ab eo, ꝓ
quo fideiuſſit,poſſit eam conſequi, quia fortè eſt non ſoluendo,
& imputet ſibi cur illum elegit, & tñ ille ex nunc liberatur ꝑ illam
ſolutionem,cum prius liberatus non eſſet, quia ſolutio erat retra
ctabilis,nunc facta eſt irretractabilis.hæc eſt intentio huius l.

L E X LXVIII.

1 *Sententia iniuſte lata contra fideiuſſorē ſui culpa nō præiudicat principali debitori,ut poſſit ab eo recuperare,quod ſoluit uirtute talis ſententiæ.*

2 *Iniuria facta uni an noceat alteri,ut ille cui facta eſt aduerſus alterũ agentem habeat exceptionem.*

1 EXceptione. †Sñia iniuſte lata ↄ̃ fideiuſſorē
ſui culpa non præiudicat prin
cipali debitori,vt poſſit ab eo recuperare quod ſoluit
uirtute talis ſentētiæ.h.d.no.Et pone exemplũ in reo,
qui liberatus erat per pactum,vel iuſiurandum,vel ꝑſcriptionem,
& ſic ex perſona eius competebat exceptio fideiuſſori, qui fideiuſ
ſor conuentus exceptionem oppoſuit, & probauit, hoc tñ non
obſtante.Iudex condemnauit ipſum ad ſoluendum, licèt iniuſtè,
cum huic iniuſtitiæ cauſam dederit, vel quia ꝓuocauit Iudicē ad
iracundiam,vel quia cum Iudex eſſet imperitus, non duxit bonũ
aduocatum,qui ſciret cauſam ſuam defendere,certe non recupe
rat a debitore,ne culpa ſua ſit reo damnoſa, ſi ergo in nulla culpa
fuiſſet bene recuperaret, ut hic colligitur a contrario ſenſu, quia
tunc fideiuſſor in effectu gerat plus negotium alienum,q̃ ſuum,
a iniuria ſibi[a] facta ſine ſui culpa potius debet nocere illi pro quo fi
deiuſſit,quàm ſibi.ſicut videmus in procuratore contra quem ſi
lata eſt ſententia iniuſta ſine ſui culpa,nocet dño, & non ſibi, ut l.
etiam.C.manda.& l.ſi procurator.§.ſi ignorantes.š.man.& ita uo
luit glo.in l.ſi per imprudentiam. de euic.quæ dicit ueritatem.licèt
glo.hic dicat ↄ̃rium, & male ſ̃m Bart.ſ.ꝙ etiam ſi ſine ſui culpa nō
noceret debitori,ſed ſibi:quod falſum eſt. In emptore autē, ↄ̃ quē
lata eſſet ſñia iniuſta ſine ſui culpa,& res ab eo euicta, bene poſſet
procedere iſta glo. quia emptor gerit negotium ſuum principali-
ter,& ad ipſum ꝑtinet periculum poſt emptionem perfectam, &
ſicut

A D D I T I O.

a ¶Quam ſibi.Adde Cyn.in l.defuncto.C.loca.& not.in l.fin.C.de act.emp.
& vide no.in c.ſi.de empt.& uide Bal.in l.pignus.C.de pig.& in l.ſi pro ea.
C.man.Io.And.in regula,damnum in merc.

ſicut ſi res empta periret poſt ꝑfectam emptionem, damnũ eſſet
ipſius emptoris, ita & ſi ſibi aufertur iniuria iudicis, vel alterius de
a facto,[a] & ita dēt intelligi l.ſi per imprudētiam.vñ in caſu illius l.me-
lius dicit gl.hic poſita q̃ illa.ſm Bar.qui melius intellexit q̃ alij.ecce
caſum.¶In gl.ibi.(iniuſtè eſſet dãnatus.) ſm Io.dic ut d.l.ſi per im-
prudentiam.de quo uoluit gl. opponere ꝯ id quod innuit iſte tex.
a ꝯrio ſenſu,ſed non bene ſoluit,vt ſupra dixi. ¶In ea.ibi.(uel quia
non appellauit.)Iſtud non eſt bonum exemplum, quia text.dicit,
ꝙ dedit cauſam iniuſtæ damnationi,ſed tunc ſi non appellauit,nõ
dediſſet huic cãm,ſed ꝙ iniuſta ſnĩa non fuerit retractata, ſequen-
tia ēt exempla reprobantur per Doc.quod dic vt hic per Bart. qui
2 exemplificat ſm.Ia.de Are.vt ſ.dixi.¶†In ea.ibi.(ſed ar.ꝯ in eo.tit.l
ſi fundus.in fi.)dic, iſte articulus, an iniuria facta vni noceat alteri.
ut ille cui facta eſt aduerſus alterum agentem habeat exceptionē,
examinatur plenè per Cy.poſt Pet.C.loc.l.ſi de fundo.an autē no,
ceat alteri,vt ille cui facta eſt,poſſet ꝯ alterum agere ac ſi non eſſet
iniurioſa ſnĩa,ſed iuſta, tangitur hic per Bart.qui dicit ꝙ Pet.in hoc
arti.non perfecte locutus eſt,immo diſtinguit vt ſ. dixi.an ille ꝯtra
quem lata eſt iniuſta ſnĩa gereret negotium alienum,& ſic nõ ſpe-
rabat lucrum,an proprium, & hoc qñ ſine ſui culpa, qñ autē cul-
pa ſui clarum eſt,ꝙ ēt tunc alteri non nocet, ſed ſibi,cui iniuria fa-
cta eſt,vt in hac l.an autem iniurioſa ſnĩa poterit nocere ei ꝓ quo
lata eſt,non dico alteri.dicendum eſt,ꝙ ſi lata eſt pro eo,& ad eius
utilitatem,ut ſi per iniuſtam ſnĩam obtinuit aliquam hr̄editatem,vt
poſſit conueniri ac ſi eſſet uerus hæres,quia non põt allegare iniq
tatem illius ſnĩæ,quæ pro eo lata eſt.ut in l.ſi ſeruus plurium.§.j.de
leg.j.ſed ſi lata eſt pro eo,non tñ ad eius utilitatem, ſed ad vtilitatē
publicam,puta,aliquis accuſauit aliquem de vulnere, Iudex con-
demnauit illum de homicidio, & decapitari fecit, an ſnĩa noceat
accuſatori,ut per hoc efficiat̄ irregularis, quia præſtitit cãm mor-
tis,dicendum eſt, ꝙ non, quia Iudex tranſgreſſus eſt eius petitio-
nem,& hoc ꝓbat̄ in ſimili in l. qui cum maior.§. accuſaſſe.de bo.
li.facit c.perlatis.de homi.li.vj.Cætera vide ꝑ Bar.Non ſunt alia.

ADDITIO.

a ¶De facto.Vide Ang.conſi.cclxxxiij.Bald.in l.j. de pig. act. & in l.falſus.C. de fur.& in l.domus.§.de euictione.ſ.de leg.j.

## LEX LXIX.

1 *Fideiubens pro magiſtratu, cenſetur ſe obligaſſe duntaxat ad indemnitatem rei publicæ, non ad pœnam ſi quam incurreret ex ſuo delicto in officio commiſſo.*

2 *Statutum ſi imponat pœnã centũ pro vulnere, & mille pro homicidio,& aliquis accuſatus,uel inqſitus de vulnere dedit fideiuſſores, & relaxatus eſt,quia pœna eſt pecuniaria, & poſtea ille vulneratus mortuus eſt,Iudex condemnauit accuſatum in mille,an teneantur fideiuſſores.*

1 FIdeiuſſores. †Fideiubens ꝓ magiſtratu,cē-
ſetur ſe obligaſſe duntaxat ad
indēnitatē reipublicæ,non ad pœnã ſi quã incurreret
ex ſuo delicto in officio cõmiſſo. h. d. notabiliter. Et
no.hic pro fideiuſſorib.qui dantur Florētiæ ꝓ dñis priorib.qñ in-
trant officium,nam multi ciues fideiubent,ſi ergo damnificarent
rempub. tenerentur in hoc fideiuſſores. ſed ſi cõmitterent aliquã
baratariam,pro qua incurrerēt pœnã pecuniariam , ad illam non
2 tenerentur,ut eſt hic caſus,& l.libertus. ad munici. † Inducitur ad
a q.per Dyn.[a] licèt faciat multum a longe. Si ſtatutum pro vulnere
imponit pęnam centum,pro homicidio imponit pęnam mille, &
aliquis accuſatur,vel inquiritur de vulnere, qui dedit fideiuſſores,
& relaxatus eſt quia pœna eſt pecuniaria, nõ debet retineri in car
ceribus datis fideiuſſoribus,ut no.in l.j.de cuſt.reo.poſtea ille vul-
neratus mortuus eſt, & iudex condemnauit accuſatum in mille.
utrum teneantur fideiuſſores. & hic eſt arg.ꝙ non, ipſe tñ diſtin-
guit an vulnus tꝑe fideiuſſionis appareret mortale, uel nõ.Bar.di-
ſtinguit aliter,an loquamur de iure cõi, vel ex forma ſtatuti,& nõ
clarè loquitur. de hoc ēt tangitur per eum in l.damni.§. Sabini.de
dam.infec.Br̄ mihi vr̄ præſuppoſito dicto ſtatuto, ꝙ aut inqritur,
vel accuſatur ſimpliciter de vulnere,& tunc uirtute dictæ inquiſi-
tionis,uel accuſationis non põt damnari,niſi pœna vulneris,etiã ſi
ſecuta ſit mors,quia non eſt inquiſitus, vel accuſatus de homici-
dio.& ſi ꝯfiat fideiuſſor non in plus tenetur, ſi autem fuit accuſa-
tus de vulnere mortali, tunc ꝑꝑ adiectionem huius qualitatis cen
ſetur accuſatus,uel inquiſitus etiam de morte,quæ ex vulnere po
teſt ſequi,& in omnem cãm cenſetur obligatus fideiuſſor,quę ex
vulnere ſequi põt.ſ.eo.l.ſi quis pro eo.§.nummos. de iure aũt cõi
non inſpiciã an in accuſatione,uel inquiſitione dicatur de vulnere
ſimpliciter , uel de vulnere mortali, ſed quo animo vulnerauit,qa
ſi animo occidendi,tenetur de occiſo,licèt mors non ſit ſecuta,vt
in l.ſi quis cum telo.C.ad l.Cor.de ſica.ſi autem non animo occi-
dendi ( quod in dubio præſumitur dictum , niſi ex uerbis appa-
reat contrarium,quia ſemper in benigniorem partem debet inter
ptetari accuſato vel inquiſito. vt l.ſi præſes.de pœnis.) tunc ſi non
eſt ſecuta mors, clarum eſt,ꝙ non debet condemnari,niſi de vul-
nere,ſi autem eſt ſecuta, tunc de homicidio, non tamen ad mor-
tem ſed mitius debet puniri . Et ita tenuit Gandinus in opere ſuo
de homicidiarijs,quando homicidium committitur ſine dolo.&
Bald.no.in l.data.C.qui ac.non poſ.Hoc anno ita conſului in ciui-
b tate Brixiæ.[b] & ita fuit iudicatum.

ADDITIONES.

a ¶Per Dyn.Adde Bal.& poſt ipſum Lu.Ro.in l.ij.cum l.ſeq.ſ. qui ſatiſ.cog.
b ¶Brixiæ.Vide eundem do.Pa.conſi.ccxvij.in ultimis characteribus.

1 *Fideiubens pro ſorte non tenetur ad vſuras, etiam in contractibus bonæ fidei. Item quod redigitur ex venditione pignorum, prius conuertitur in uſuras debitas, & quod ſupereſt,conuertitur in ſortem.*

2 *Creditor licèt occupet omnia bona debitoris pro debito, tamen fideiuſſores non liberantur.*

3 *Semper debet inſpici tenor ſcripturæ, vel inſtrumenti ad ſciendum qualiter ,& in quantum quis ſit obligatus.*

1 §.Pro Aurelio. †Fideiubens pro ſorte non tenetur
ad uſuras, etiam in ꝯctib. bonæfid.
Itē qđ redigitur in uenditione pignorũ, prius conuertitur in uſu-
ras debitas,& quod ſupereſt,conuertitur in ſortē.h.d. (In text.ibi.
(fideiuſſerant.)& ſic in ſortem tñ,vnde non ob.l.quæro.ſ.loc.&
l.ſi poſtea.rem pupil.ſal fo.quia loquuntur qñ fideiuſſit in omnem
cãm,vel ſimplr,quia tunc teneretur ad uſuras prouenietes ex nã
ꝯctus bonæfidei.¶ In text. ibi. (occupauerat, vt obligata ſibi.) ſu-
baudi tacite pro iſto debito conductionis,cum fiſcus habeat taci-
tam hypothecariã ex ſuo ꝯctu,ut l.aufertur. §. fiſcus. de iure fiſci.
2 & no.in l.reſcriptũ.ſ.de pact. † Et no.hic, ꝙ licèt creditor occupet
oĩa bona debitoris pro debito , tñ fideiuſſores non liberantur , ut
ēt eſt tex.ſ.eo.l.hæres a debitore.§.ꝙ ſi ſtipulator.ver.argũ, niſi ea
reciperet inſolutum , ſed ſi fiſcus occupaſſet iſta bona non ꝓ iſto
debito,ſed ꝑꝑ delictum iſtius debitoris ea confiſcaſſet , fideiuſſo-
res liberarentur,ſicut qñ creditor ſuccedit debitori,vt dixi ſ.eo.l.ſi
debitori deportato.& adde qđ hr̄ j. de iure fiſci. l. in fraudem.§.ſi
3 principalis.¶†In tex.ibi. (lecta ſubſcriptione fideiuſſionis.) dic Bal.
no.iſtum text. ꝙ ſemper debet inſpici tenor ſcripturæ, uel inſtru-
menti ad ſciendum qualiter & in quantum quis ſit obligatus. ſic
inſpicitur tenor priuilegij,ut in c.porro. de priuil. & tenor ſtipula-
tionis,ut ſ de verb.obl.l.ſi quis ſtipulatus ſit Stichum.& l ſi ita ſtipu
latus.§.Criſogonus.in fi.¶In tex.ibi.(in vſuras non teneri.)dic hoc
tñ parum proderit eis, ſi quid redactum fuit ex uenditione bono
rum non tranſcendit ſummam uſurarum, quoniam fiſcus illud
tenebit pro uſuris,in quas primo loco debet conuerti, & agere
poterit contra iſtos fideiuſſores pro ſorte, ad quam ſunt obligati,
& hoc eſt quod ſequitur.(ſed quicquid ex bonis.&c.)

## LEX LXX.

1 *Tutor ſicut tenetur exigere a ſeipſo illud in quo tenetur pupillo, aliàs punitur de negligentia, ita & illud, in quo pupillus tenebatur, poteſt & debet ſibiipſi ſoluere, ſi intererat ſua, ut quia debitum erat uſurarum, aliàs ſibi imputatur, & ex tempore moræ, vel negligentiæ deficiunt uſuræ currere.*

1 TVtor datus. †Si fideiuſſoria obl'o ſit in aliã
transfuſa, quod ſoluitur ex illa
perinde repetitur a debitore principali, ac ſi fuiſſet ſo-
lutum ex fideiuſſoria, & perinde liberat principalem.
h.d.in effectu. & eſt difficilis text. & continet tres partes principa-
les.Prima vſque ibi. {& quamuis.}Secunda vſque ibi.(licèt enim.)
Tertia uſque in finem.¶In prima parte ponitur caſus, ꝙ aliquis fi
deiuſſit ad tempus, puta uſque ad annum, & vltra annum noluit
teneri.poſtea creditor reliquit ipſum tutorem filij ſui, qui tutelam
acceptauit,tñ intra annum a ſe exegit debitum , ad quod teneba-
tur pupillo ex cauſa fideiuſſoria, & ſic obl'o fideiuſſoria ſublata
eſt tꝑe,ſaltem ope exceptionis,ut l.eum qui ita.§. qui ita.de uerbo.
oblig.Quæritur vtrum potuerit conueniri ad illud debitum finita
tutela? & dr̄ ꝙ ſic,quia debuit ſe exigere,& hoc non faciēdo illud
debitum fuit trãsfuſum in actione tutelæ, quæ eſt perpetua, vnde
põt conueniri,ut tutor,non vt fideiuſſor.¶In ſecunda parte quæ-
ritur pone ꝙ poſt lapſum anni.i.poſtquam liberatus eſt a fideiuſ-
ſoria obl'one.& incepit teneri actione tutelæ,ſoluit pupillo duran
te tutela,an poterit recuperare per actionem mandati a debitore
principali?& videbatur ꝙ non, quia non ſoluit vt fideiuſſor ſed vt
tutor,& non ꝓ obl'one fideiuſſoria pro qua non vr̄ habere actio
nem mandati.Contrarium dr̄. quia in utraque obl'one ſubeſt ea-
dem cã,ſ.debiti principalis, ſicut enim fideiuſſoria non eſſet ſubla-
ta,& ſi ſolueret vt fideiuſſor ſolueret ad extinguendum debitum
principale, vt liberaret reum , ita & nunc,licèt ſoluat pro obl'one
tutelæ,ergo æquum eſt,ꝙ ab eo recuperet,quia non debet atten-
di titulus actionis pro qua ſoluit , ſed cã ob quam dedit , quæ erat
antiquior.¶In tertia parte rñdetur cuidam obiectioni,quæ poſſet
fieri,nam tunc fideiuſſor ſoluendo recuperaret a reo,qñ principa
liter ſe liberat, quia ſoluit pro ſe & ſua obl'one , & in ꝯñam liberat
principalem reum ope exceptionis,ſed in caſu iſto,cum ipſe ſit tu-
tor creditoris,non vr̄ ꝙ poterit ſe liberare ab eo ſuamet authori-
tate,quia non poteſt authorari in cã propria, vt in l.j.de autho.tu-
tor. Sed reſpondetur , ꝙ licèt aliquis non ſoluendo pupillo non
pote-

poterit ſe ab illo liberare ſua propria authoritate, vt ſic faceret ſibi fieri pactum de non petendo, vel liberari ꝑ acceptilationem, quia in hoc læderetur pupillus, vt ipſe lucraretur ſoluendo, tñ maxime pro principali debitore liberat ipſum principaliter, & ſe in ↄñtiam, qđ facere põt ſe authore, licèt principalr̃ non poſſet, vt d.l.j. & ſic ꝑ ꝑ duo non ob.ↄ̃rium. Primo, quia ſi ſoluit pro reo, cum ipſum liberet principalr̃, & ſe ↄñtiam, non authoratur in facto ſuo principaliter, ſed in ↄñtiam. & hoc non prohibetur. vt d.l.j. Sol. ꝙ liberat ſe ſoluendo non per alium modum nociuum pupillo, & iſtud facere põt, ẽt ſua propria authoritate, quia facit ex neceſſitate ſibi incumbente a lege, quæ vult ꝙ debeat a ſe exigere, & in rõnibus pupilli ponere illud, in quo ſibi tenetur. & ſi aliter facit, ipſum punit, vt patet in prin.l. & in l.diuortio.de neg.geſt. & iſte eſt caſus clarus allegatur iſte text. ibi, (& non titulus actionis.) ꝙ inſpicitur potius cã remota, q̃ proxima, aliqñ tñ è ↄ̃rio. vt in l.pe. de ↄd. ob tur.cau. ¶Glo.opp.de l.iij.§.idẽ ſcribit.ſ.de pecu. vbi potius inſpicitur cauſa proxima, & titulus actionis, q̃ remota: nam ex delicto ſerui, vel filijfamilias nõ datur actio de peculio ↄ̃ patrem, vel dñm, ſed ſi ſuꝑ actione ex delicto agitatũ eſt iudiciũ, & condẽnatus fuit filius, q̃a in iudicio quaſi ↄ̃hitur. d.§.idem ſcribit. bene datur actio de peculio ↄ̃ patrem per hanc ſecundariam oblonẽ, quæ potius inſpicit, q̃ originaria, quæ eſt ex delicto. Sed rñde, ꝙ ibi mutatur rõ l.non actio oriens ex maleficio, ideo non datur actio ↄ̃ patrem de peculio, quia concedendo peculium non cenſetur conceſſiſſe, ꝙ delinqueret, ſed bene vr̃ conceſſiſſe, ꝙ ↄ̃heret, vel quaſi ↄ̃heret: ſi ergo iudicium agitauit, & condemnatus eſt, quia quaſi contraxit, & ſic ex voluntate patris incipit teneri noua actione, ideo contra patrẽ de peculio, licèt prima non detur, ſed hic per mutationem actionis non mutatur actio l. Cætera dic, ut in l. diuortio. de neg. geſt.
2 quãtum ad prin. huius l.† Et ſcias, ꝙ tutor tenetur exigere a ſeipſo
a illud, in quo tenetur pupillo, alias punitur de [a] negligentia. ita & illud, in quo pupillus tenebatur, poteſt & debet ſibiipſi ſoluere ſi interetat ſibi, ut quia erat debitum vſurarium, aliàs ſibi imputatur, & ex tempore moræ, vel negligentiæ deficiunt vſuræ currere. vt l.quoties.§.item ſi temporali. & §. ſicut. de adminiſtra.tuto.

ADDITIO.

a ¶Quin etiam & tanquam ſuſpectus remouetur, ut l.niſi.C.de admin.tut. Et in hoc quod ſubijcit, ꝙ tutor poteſt & tenetur ſibiipſi ſoluere, quod a pupillo ſibi debetur, adde Bald.in l.impub. de tut. & cur.dat.ab his. Quid autem de hoc ſentiat Bar. vide eum in l.quoties.§.item ſi temporali.ff.de admi.tut. & in d.l.impuberi. & glo.in l.non licet.in uer.ex off. & in l.ſiſtulas.§.fundum.in uerbo, poſſeſſ.ff.de contratab.

LEX LXXI.

SI a reo. Pro obligato ſub vna ↄdõne põt recipi fideiuſſor ſub duab. ↄdõnib. copulatiue poſitis. ſ. illa, & q̃dã alia, q̃a vr̃ fideiuſſiſſe in cãm leuiorẽ: ſed ſi ponatur diſiũctiue, vr̃ fideiuſſiſſe in cãm grauiorẽ, tñ ex futuro euentu apparebit an valeat fideiuſſoria. & idem ſi ſub diuerſis ↄdõnibus ſunt obligati, vnus ſub vna, alter ab altera. h.d. vſq. ad §.ſi reo. ¶In tex. ibi, (ſi mõ eas cõiungã,) q̃a tũc non vr̃ in duriorem, ſed in leuiorem cãm interceſſiſſe, ꝑ ꝑ id, qđ ſequitur, {niſi enim &c.} ſecus in caſu ſequenti, verſi. {ꝙ ſi eas &c.} ¶In tex. ibi, (nec ob id obligatur,) ſed hic innuit. ꝙ ſtatim fideiuſſoria oblo ſit nulla qñ diſiunctim poſitæ ſunt conditiones, quaſi videatur in duriorem cauſam interceſſiſſe, cũ poterit incipere obligari, vel ex euentu vnius, uel ex euentu alterius, ut in uer. (aut qđ.) diſtinguit quæ prius ↄdõ eueniat, quæ ſi ſit cõis ſibi & reo, obligabitur fideiuſſor, cum obligetur etiam principalr̃, ſi autem ꝓpria, quæ nõ erat appoſita in oblone principali, ſecus. quia ſequeretur ꝙ fideiuſſor obligaretur priuſquã principalis, & hoc eſſe non põt ſ. eo. l. fideiuſſor antequam. non ergo inſpicitur forma fideiuſſionis ſm̃ quam vr̃ in duriorem cãm interceſſiſſe, ſed inſpicitur futurus euẽtus, quia illa forma licèt prima facie eſſet durior, tñ erat ſub incerto, & propter incertum euentum, & id quod ſequi poterat debemus illud expectare. & ſic non ob. l. græcè. §. illud ſupra eo. de qua gl. opponit, quia ibi forma erat durior, & erat in certo non in incerto, nec propter incertam. ¶In tex. ibi. (ſub diuerſis quoque.) in præcedenti caſu ab ipſo principio fideiuſſoria obligatio videbatur durior, & ſic valere, tñ q̃a hoc non cõtingebat propter id, qđ poterat euenire, nõ erat nulla a principio, ſed inſpicitur, ꝙ eueniat, hic verò ab ipſo principio non poterat diſcerni an eſſet durior, vel leuior, ſed ex futuro euentu poteſt declarari, ideo ille expectatur, & tunc apparebit an fideiuſſoria obligatio teneat uel nõ. ¶In tex. ibi. (tanquam ſi ſtatim ab initio.) not. tex. ꝙ diſpoſitio purificata perinde hr̃ ex tunc, acſi ab initio fuiſſet pura. & hoc dicit gl. in Auth. de ſan. epiſc. §. ſed & hoc præſenti. Contra iſtud no. opponit in gl. de l. uerbis. ad leg. Fal. nam ſi debitor qui tenetur pure, legat creditori quod debet, non valet legatum, quia nõ continet utilitatem: ſed ſi erat debitor ſub conditione, valet quia vtilitatem continet, cum poterit peti legatũ, ẽt pendente conditione. Sed pone ꝙ ↄdõ exiſtat antequã petatur, an efficiatur nullum? vr̃ ꝙ ſic per iſtũ text. ex quo diſpoſitio purificata æquiparatur puræ, cuius ↄ̃riũ ibi dr̃, qđ non redditur nullum, & ſic adhuc cõtinet actionẽ ex teſtamẽto. gl. non ſoluit, dic ꝙ hr̃ pro puro quantum ad tempus, qđ ſequitur poſt purificationem, & quantum ad effectum eius, non pro tempore præcedenti, nec quantum ad effectum illius: nam quia erat debitor ↄdõnalis, ualet legatum, & incipit competere actio ex teſtameto, ſi poſtea purificatur non deſinit illa actio cõpetere, nec hr̃ perinde acſi a principio fuiſſet purũ debitum. Nõ ſunt alia.

§. Si reo in fundum. Pro obligato ad totũ põt accipi fideiuſſor, q̃ ſe obliget ad partem integralẽ. ¶In tex. ibi. (quaſi aliud.) Iſta pars videbatur verior, nam principalis qui promiſerat fundũ, videbatur promiſiſſe vſumfructum cauſalem, qui eſt cõiunctus cũ proprietate, cum videatur promiſiſſe tam proprietatem q̃ vſumfructũ, ex quibus fundus conficitur, ſed fideiuſſor, qui ſolum vſumfructũ promiſit, videbatur promiſiſſe formalẽ, cum ſolus vſusfructus ſine ꝓprietate non poſſit eſſe niſi formalis: iſti autẽ ſunt diuerſi inter ſe, vt patet in l.ſi ita ſtipulatus. §. j. ſ. de uerb. obl. ↄ̃rium tñ determinat in fi. & ad hoc ↄ̃rium rñde, ꝙ licèt promiſeris ſolum vſumfructum, non tñ videris promiſiſſe formalem, ſed illum tñ quem promiſerat reus, ſ. cauſalem, & imò ſicut reus ſoluẽdo ſolum vſumfructũ, & ſic formalem in nullo liberaretur, quaſi non ſoluerit qđ promiſit, vt d.l.ſi ſtipulatus. §. j. ita nec iſte fideiuſſor. Sed ad quid ergo ꝓderit ſi non promiſiſſet totum, ſed partem poſtquam non poterit ſoluere nec ſe liberare niſi ſoluat totum, ſicut nec ipſe reus? Reſpõdeo, ꝙ ſi ex poſtfacto deueniret ad æſtimationem, quia fundus ſolui non poſſet, contra reum fieret æſtimatio integri fundi, ſed contra ipſum fideiuſſorem ſolius vſusfruct.

§. Adeo a ſeruo. Pro oblone naturali qua tenetur ſeruus, ẽt ipſi dño poteſt accedere fideiuſſor, etiam ſeruo ab eodem ſtipulante. h.d. in effectu. Sed ꝓ eo, qui nullo modo eſt obligatus, quia contractus eſt inualidus, non poteſt accedere. & h.d. ſequens §. ſi a furioſo.

---

1 *Pro pœna maleficij ſoluenda poteſt accedere fideiuſſor ei, cui pœna debetur, ſed malefactori pro conſeruatione indemnitatis non poteſt fieri promiſſio, nec dari fideiuſſor.*
2 *Publica vtilitas ſuadet maleficia puniri.*
3 *Vnus ſocius maleficij non poteſt ab altero ſocio ſtipulari, nec fideiuſſorem recipere de communicando rem furtiuam, vel alienam, in qua maleficium commiſerunt.*
4 *Syndici communitatis tenentur denunciare maleficia ſub certa pœna, & ſi ad inſtantiam malefactorum non denunciant, ſed faciunt ſibi caueri a malefactoribus de indemnitate, an iſta promiſſio ualeat.*
*Si unus ex ſocijs qui fecerunt inter ſe obligationem, quòd ſi vnus eorum cõmittat maleficium, quòd omnes participabunt de ſolutione pœnæ, ſi totam pœnam ſoluerit, an poterit ab alijs recuperare.*
5 *Iudex qui dat iniquam ſñiam ad poſtulationem alterius, ſi fecit ſibi caueri de conſeruãdo eum indemnem tꝑe ſindicatus, an talis cautio valeat.*

2 §. Illud quod vulgo. †Pro pœna maleficij ſoluenda põt accedere fideiuſſor ei, cui pœna debetur, ſed malefactori pro conſeruatione indemnitatis nõ põt fieri promiſſio, nec dari fideiuſſor. h.d. not. in
2 utroque dicto. ¶†Not. ex primo caſu illud ad quod ſemper alleg. ꝙ publica utilitas ſuadet maleficia puniri, niſi ergo puniantur da-
3 retur materia delinquẽdi. facit l. ita vulneratus. ad leg. Aquil. ¶† In ſecunda parte in ver. (ſed ita.) No. ꝙ unus ſocius maleficij ab altero ſocio non poteſt ſtipulari, nec fideiuſſorem recipere de cõmunicando rem furtiuam, uel aliam in qua maleficium cõmiſerũt, ꝑ
4 rõnem quæ ponitur in fi. ¶†Item in ver. (& qui alieno.) no. ſing. ↄ̃. ſyndicos cõitatis, qui tenentur denunciare maleficia ſub certa pœna, & ſi ad inſtantiã malefactorũ nõ denunciant, faciunt tñ ſibi ca-
a ueri de indẽnitate. [a] i. de ſoluendo oẽm pœnã, quam ſyndicus ꝑ ꝑ hoc incurreret, q̃a iſta ꝓmiſſio nihil ualet, nec poſſet a promiſſore peti ſi quam ille ſyndicus ſolueret. ¶Not. ergo ↄ̃ ſocios, qui faciũt inter ſe oblonem, ꝙ ſi aliquis ipſorum cõmittat maleficium, oẽs participabunt in ſolutione pœnę, ne iſta ſocietas maleficij quę nõ tenet, nec in virtute talis promiſſionis poſſet ille qui pœnam ſoluiſ-
5 ſet, ab alijs recuperare. ¶† Not. ergo ↄ̃ iudices qui dant iniquã ſententiam ad poſtulationem alterius, & faciunt ſibi caueri de cõſeruando eum indemnẽ tꝑe ſyndicatus, q̃a non valet. Sed in ↄ̃riũ facit qđ no. in l.ſi ſeruus. §. fugitiuum. ſ. de fur. vbi Barto. vr̃ dicere, ꝙ ualeat talis promiſſio facta iudici, ſed illud quando non faceret rẽ ſui natura illicitam, uel quando erat dubium, ſecus quando erat certum, licèt ipſe non allegat ibi iſtum text.

ADDITIO.

a ¶De indemnitate. Adde Barto. in auth. ſed nouo iure. C. de pœna iud. qui male iud.

---

1 *Succeſſio an habeat vim ſolutionis, uel confuſionis. & nu.2.*
3 *Siue obligatio principalis tollatur iure ſolutionis, ſiue iure confuſionis, acceſſoriæ tamen obligationes, quæ in illa fundabantur, tolluntur indiſtinctè ſicut & ipſa principalis.*

4 *Conuento principali, vel etiã condẽnato, nõ tamẽ liberatus eſt fideiuſſor.*

5 *Ea quæ impediunt aliquid incipere ſi erant in principio, an ſimiliter ſi poſtea ſuperueniunt impediant remanere.*

6 *Qui fideiuſſit vel mandauit pro duobus inſolidum obligatus, licèt alter eorum ſit liberatus, i. ab obligatione exẽptus, & etiam ipſe fideiuſſor, vel mandator ex eius perſona, ſi remaneat obligatus ex ꝑſona alterius, & propter hoc ſoluat, an illud quod ſoluit, poſſit etiam repetere ab illo qui fuit liberatus, & qualiter poſſit repeti ab illo, vel eius hærede.*

7 *Quando ſunt duo rei debendi ſocij, an ſucceſſio facta vni proſit alteri. & nume. 9.*

8 *Si non ſunt ſocij, an id qđ unus ſoluit, poſſit ab altero correo recuperare.*

9 *Sicut duo rei debendi ſi ſunt ſoluendo, habent inter ſe beneficium diuiſionis, ſi conueniantur a principali creditore, ita ſi conueniantur a mandatore, vel fideiuſſore ipſorum, qui de mandato ipſorum interceſſit, & ſic ſoluendo a quolibet ipſorum iudicium, poteſt repetere, tamen hodie habent beneficium diuiſionis.*

1 VRanius Antonius. † Si creditor ſuccedat uni ex duob. reis debendi, vel etiam tertius ſuccedat creditori, & vni ex reis debendi, perſona tãtum illius cui ſucceditur ab obl'one eximitur, & illi qui pro eo tenentur, acceſſorie liberantur, ſed correus remanet mero iure inſolidum obligatus, & etiam illi qui pro eo tenentur acceſſoriè, ſed de ęquitate hñt exceptionem ſi conueniantur a ſuccedente eatenus quatenus ſi ei ſolueretur, poſſent ab eodem recuperare per actionem pro ſocio, vel mandati, ſi autem creditor ſuccedat fideiuſſor, vel mandatori, per hoc reus non liberatur. h. d. vſq; ad §. ſed ponamus. & eſt valde pulchra, & ſubtilis l. quam diuide in vj. partes vſq; ad illum §. nam primo ponitur thema, ex quo reſultat quæſt. an fiſcus ſuccedit creditori, & etiam vni ex reis debendi, nã certum eſt, ꝙ ille reus debendi ab obligatione exemptus eſt. Sed dubitatur de mandatore, vel fideiuſſore ipſius an ſit liberatus. vſque ibi. (& quidem.) Secundo antequam ad iſtam q. rñdeat, præmittit ad euidentiã alium caſum, qñ eſſet unus tm̃ debitor, & creditor ei ſuccederet, nã tũc ſicut extingueretur obl'o in perſona principalis debitoris, vt ſol'onis, vel confuſionis, qñ hoc caſu ſucceſſio habet vim ſolutionis, ita etiam liberaretur fideiuſſor, vel mandator, ipſius, quia nõ ſupereſt aliqua obl'o principalis, in cuius virtute dicta acceſſoria ſuſtentetur, & hoc uſque ibi. (ſed cum duo.) In tertia in qua redit ad caſum propoſitum, qñ erant duo rei debendi, & creditor vni tãtum eorum ſuccedit, & præmittit alium caſum, videlicet vtrum ꝑ hoc liberetur correus principalis, & cõſtat ꝙ ſi ſucceſſio haberet vim ſol'onis, hoc caſu liberaretur, quia ſolutio facta per vnum ex reis debendi liberat ſe, & etiam alterum, tñ hoc caſu non habet vim ſolutionis, ſicut in caſu præcedenti, ſed tollitur obl'o eius, cui ſuccedit vi confuſionis, quia illius perſona ab obligatione eximitur, ſed correus remanet obligatus, & etiam fideiuſſores, & mandatores, qui tenentur in eius perſona, cum ſubſiſtat obligatio principalis, in qua poſſunt acceſſoriè ſuſtentari, & hoc uſque ibi. (igitur,) licèt ille cui ſucceſſit, & etiam obligati pro eo ſint liberati. Ex his quarto loco infertur in uer. (igitur.) ad caſum primo loco formatum, ꝙ ꝑ ſucceſſionem illam factam vni ex reis debendi, mandator vel fideiuſſor, qui contemplatione utriuſque mandauit, uel fideiuſſit, non eſt liberatus, quia ſua obl'o ſuſtentatur in obligatione correi, qui non eſt obligatus, & hoc uſque ibi. (plane.) In quinta, in qua dicitur, quòd licèt correus, & etiam mandator, qui cõtemplatione utriuſque mandauit, liberati non ſunt mero iure, & ſic poſſint cõueniri a ſuccedente, attamen habent exceptionem quatenus ab ipſo ſuccedente ſi ei ſolueretur poſſet recuperare, ſed vltra nõ, ut ecce in correo, nam ſi erant ſocij. quicquid alteri ſolum ſolueret creditor, poſſet a ſocio per actionem pro ſocio recuperare partẽ, eodem modo ab hærede eius; ſi ergo hæres eius agit ad totum, obſtat exceptio pro illa parte, ſed ſi non erant ſocij, quod ille ſolueret non poſſet etiam pro parte recuperare a correo, nec ab hærede eius, ergo ſi conuenitur inſolidum ab eius hærede, qui eſt creditor, in nullo habet exceptionem, in mandatore verò qui mandatum utriuſque mandauit, & fidem cuiuslibet eorum ſecutus eſt, conſtat ꝙ ſi ſoluiſſet creditori, ſi non ſucceſſiſſet, poſſet in ſolidum petere a quocunque ipſorum reorum debendi ſi uellet, & ſic ſi creditor uni eorum ſucceſſiſſet, poſſet eligere illum tanquam hæredem defuncti, ſi ergo ab eodem hærede conueniatur ſimiliter actione mandati, habet exceptionem inſolidũ dicendo, ſi tibi ſoluerem, poſſem a te poſtea recuperare totum quod ſoluerem, qa de mandato illius, cui ſucceſſiſti, ego tibi mandaui, ꝙ mutuares, non ergo potes a me petere, quod ſi ſoluerem, reſtiturus es, ut in regula dolo facis. & hoc vſq; ibi. (quòd ſi creditor.) Ibi eſt ſexta pars, in qua deciditur noua quæſtio. Sed quid iuris quando creditor ſuccedit fideiuſſori, vel mãdatori, an liberetur principalis, ſicut econuerſo. quia quando ſuccedit principalis, liberatur fideiuſſor. Et reſpondet ꝙ non, quia principalis non pendet ab acceſſoria, ſed

2 econtra ſic, hic eſt caſus in hac l. pulchra. † Ex iſta l. collige plures regulas. Prima, cum quæritur an ſucceſſio habeat uim ſolutionis, uel confuſionis tantum, quia iura aliquando dicunt unum, aliqñ aliud. In iſta l. traditur talis doctrina, quòd ſi erat unus creditor, & unus debitor, ſi alter alteri ſuccedat, habet vim ſolutionis, ut hic in uerſi. (& quidem.) ſed ſi duo ſunt rei debendi, & creditor uni tm̃

a eorum ſuccedit, non habet uim ſolutionis, ſed confuſionis.[a] ut in uerſi. (ſed cum duo.) & idem econtra ſi eſſent duo rei debẽdi, & alter eorum ſuccederet debitori. facit l. fin. ſ. de duob. re. Ratio diuerſitatis eſſet, quia primo quando eſt unus tantum debitor, & unus creditor, ſi creditor illi ſuccedat, vel econuerſo, habet uim ſolutionis, ut ſic omnis effectus ſolutionis tollatur, quia ſuccedẽs ex hoc non conſequitur damnum, nec conſequenter lucrum. nõ enim intereſt eius, ꝙ habeat uim cõfuſionis, & non ſolutionis ꝓꝑ aliquam cauſam, uel reſpectum, ſed qñ ſunt duo debitores ęquè principales, & creditor vni eorum ſuccedat, intereſt eius. ꝙ nõ habeat uim ſolutionis, ſed duntaxat cõfuſionis, quia ſi haberet vim ſolutionis, liberaretur correus, & ſic pateretur damnum, non ſic ſi habet uim confuſionis, quia tunc perſona tantum illius cui ſucceditur ab obligatione eximitur, & alter remanet obligatus. Eodẽ modo ſi tractaret de lucro captando, nõ haberet uim ſolutionis, etiam ſi eſſet unicus debitor, & unicus creditor, ut ſ. eo. l. hæres a

3 debitore. §. fin. ¶ † Item collige, ꝙ ſiue obligatio principalis tollatur iure ſolutionis, ſiue iure confuſionis, acceſſoriæ tñ obligationes, quæ in illa fundabantur, tolluntur indiſtincte, ſicut & ipſa principalis, ne ſequatur inconueniens, ꝙ pro eodem apud eundem reperiatur quis acceſſorie obligatus, ut in ver. (& quidem.) in fine, q loquitur. qñ habet uim ſolutionis. & in uer. ſed cum duo. in fin. ibi, (quia non poſſunt &c.) qui loquitur quãdo habet vim confuſio-

4 nis. ¶ † Tertio no. in uer. (quidem.) ibi, (quamuis enim,) ꝙ conuento principali, & ſubaudi, etiam & cõdemnato, non propterea liberatus eſt fideiuſſor, qa per hoc non eſt ſublata principalis obligatio, ſed altera ſibi accumulata, ſi autem abſolueretur principalis debitor, tunc exceptio rei iudi. tranſiret ad fideiuſſorem, uel man

5 datorem. quod tenent Doc. ut dixi in l. vbicunq;. ſ. eo. ¶ † Quarto collige ex §. {ſed cum duo.} in fi. ibi. {ut quemadmodum,} ꝙ ea q̃ impediunt aliquid incipere, ſi erant in principio, ſimiliter ſi poſtea ſuperueniunt, impediunt remanere. Sed ꝯ, quia multa impediunt contrahenda, quæ non dirimunt iam contracta. ut l. fratre furioſo. de his qui ſunt ſui vel alie. iu. & in l. pluribus. §. ſed ſi placet. de verb. oblig. Sol. dic. vt ibi plene per Bar. in iſto art. qui diſtinguit an ſuperueniat defectus cauſæ finalis, & loquitur hic, an alterius cauſæ, & dic ut ibi. & inducitur iſte tex. per Cyn. ꝙ ſicut exiſtente accuſatore à principio non debet procedi per viam inquiſitionis, ita poſt inquiſitionem inchoatam ſi ſuperuenit accuſator, debet ſilere inquiſitio. de hoc Bart. in l. iij. §. ſi publico. ff. de adul. ¶ Allegatur etiã ſi ſtatutum dicat, ꝙ querelæ bannitorum non audiantur, ſi poſt inchoatum iudicium per aliquem ſuperueniat bannum in perſonam alterius, nõ poterit procedere iudicium, ſicut ſi fuiſſet a prin

b cipio non debuiſſet admitti. Bar. tamen determinat contrarium[b] per l. is qui reus. de pub. iud. in fi. ubi dicit eſſe caſum. & per l. negãda. C. qui acc. non poſ. Ang. dicit Bar. dicere verum, ſi ſtatutum diceret, ꝙ bannitus non admittaĩ ad agendum, vel accuſandum, qa ſtatutum denotat principium iudicij, & cum principium iudicij fuerit bene inchoatum, quia nõ erat bannitus, admittatur ad proſecutionem, quæ per ſtatutum non eſt prohibita. Sed ſi dicat, ꝙ querelæ non audiantur, vel ſimpliciter, ꝙ banniti non audiantur, tunc vr̃ prohibitum non ſolũ principiũ, ſed ẽt ꝓſecutio, qa in quolibet actu iudicij dr̃ audiri, vel querrlari, ſicut videmus in excõicato, qui non dẽt audiri, nam in quacunque parte iudicij ſuperuenit excõicatio, prohibetur proſequi, quia ſemper diceretur audiri ſi poſſet proſequi, primo tñ geſta non irritantur. vt in ca. j. de excep. lib. vj. Et uide quod no. idem Barto. in l. eleganter. §. ſi quis poſt. de

6 condi. inde. ¶ † Quinto collige ex uerſi. (plane.) ꝙ ille qui fideiuſſit, vel mandauit pro duob. inſolidum obligatis, licèt alter eorum ſit obligatus. i. ab obligatione exemptus, & ẽt ipſe fideiuſſor, vel mandator ex eius perſona, ſi tñ remanet obligatus ex ꝑſona alterius, & ꝓꝑ hoc ſoluat, illud quod ſoluit põt repetere nõ ſolum ab illo pro quo remanſit obligatus, ſed etiam ab illo, qui fuit liberatus ex perſona illius, & etiam põt ab hr̃de eius, immo ſi conueniatur ab hærede, habet exceptionem ꝯ cũ de hoc miratur gl. quæ incipit, (qui debitori ſucceſſit) qualiter põt repeti ab illo, vel hr̃de eius, cũ pro eo non ſoluat, ſed pro quo remanſit obligatus. Et ſimiliter dicit, ꝙ ille nõ eſt liberatus ipſo iure, ſed ope exceptionis, ſed hoc eſt falſum per §. & quidem. dic ergo, quòd licèt non ſoluat pro illo, quia eſt liberatus, tñ ſoluit ꝓꝑ mandatum factum ab illo, qui cenſetur mandaſſe, quòd ſe obligaret pro vtroque inſolidũ, nam iſta poſſunt ſimul ſtare, ꝙ nõ ſoluam pro te, ſed pro Titio, & tñ à te repe-

ADDITIONES.

a ¶ Confuſionis. An ſucceſſio habeat uim ſolutionis, uel confuſionis. vide per eundem Pau. conſi. ccclviij. incip. notandum Barto. l. ſi ultro. C. de bon auth. iud. poſſ.

b ¶ Contrarium. Vide eundem in l. eleganter. §. ſi quis poſt. de condi. indeb. Pet. de Anch. in c. cum inter. extra de excep. Io. And. in c. j. extra de accuſ. Ang. in l. is qui reus. de pu. iud.

te repetam,quia mãdaſti ꝙ pro Titio ſoluerem.& hęc eſt veritas.
l.item hodie.cum duo rei debẽdi hñãt bñficiũ diuiſionis per no-
uam cõſtõnem,non habebit hic iſte mandator exceptionem niſi
7 pro parte,ſm gl.ſeq.¶†Vltimo in ver.(cum altero autẽ.)recollige
duo.Primo,ꝙ qñ ſunt duo rei debendi ſocij, licèt pactum factum
vni proſit alteri inſolidum,& etiam acceptilatio,tñ ſucceſſio facta
vni nõ prodeſt alteri,niſi pro parte.de hoc miratur gl.ꝗ incipit(mi
rabile hoc vr̃ &c.) ſed Bart. dicit ꝙ imò pactumv ni factum alteri
prodeſt in totum, quia ſi non prodeſſet, q̃cq̃d ille ſolueret,etiã ſi
vnum nummũ,repeteret à ſocio pro parte,& ſic non prodeſſet ei
cui factum eſſet,quia factum eſt ſocietate durãte, ſed ſucceſſio fit
ſocietate finita per mortem,quo caſu ceſſat rõ prædicta,dic vt hic
8 per eum,qui ſubtiliter loquitur.†No.ẽt ꝙ qñ non ſunt,ſocij,id, qđ
vnus ſoluit,ab altero correo nõ recuperat,ſed hoc verũ qñ eſſent
correi ex cã lucratiua,vel ſi ſunt ex cã oneroſa, tota vtilitas ꝯ̃ctus
peruenit ad illum qui ſoluit,vnde nec ſibi eſt cedenda actio ꝯ alte-
rũ,nec hẽt vtilem actionem ſine ceſſione,ſed ſi vtilitas perueniſſet
ad vtrunq;.tunc quatenus ad alterum peruenit,ille qui ſoluit,totũ
poſſet repetere ꝑ actionem mandati,vel ẽt neg.geſt.vt not.in l.i.C.
de duo.reis.& poſſet petere ſibi cedi actionem,iõ hoc caſu ſi con
ueniretur a creditore, qui alteri ſuccedit, hr̃et exceptionẽ pro eo
qđ ab eodem agẽte poſſet repetere,ſicut qñ eſſent ſocij,vel habe-
rent exceptionẽ cedendarũ, quia nõ põt cedere actionẽ ꝯ ſeipm,
&,iſto modo intellige,& limita illud,qđ voluit glo.quæ incipit,ex
hoc,circa fi.¶In gl.quæ incipit.(qui debitori)in fi.ibi,(per exceptio
nem.non ipſo iure.)hoc eſt falſum, quia oĩno ipſe defunctus eſt li-
beratus,& ẽt eius fideiuſſor,& mandator eius,cum oblĩo penitus
ſit extincta per ſucceſſionem,vt ĩ.de ſol.l.in oĩbus.Et poſito,ꝙ eſ-
ſet uerum iſtud qđ dicit gl.tñ adhuc obſtaret ꝯ̃rium,q̃a non vr̃ ſol
uiſſe pro eo,qui liberatus eſt ope exceptionis,ſed pro correo ſuꝑ-
ſtite,qui nullo modo eſt liberatus, ergo ab illo ſolo põt repetere,
non ab hærede defuncti,pro quo non ſoluit,ergo ꝯ cum non hẽt
exceptionem dolo facis.dic ergo uerum eſſe,ꝙ nõ ſoluit ꝓ defun
cto,ſed ſoluit de mandato defuncti, licèt pro correo, ergo habet
actionem ꝯ eum,& hæredem eius,nã quilibet iſtorũ correorum
cenſetur illi mãdaſſe,ꝙ mandet creditori tam pro ſe, q̃ ꝓ correo.
& iſta poſſunt ſimul ſtare,ꝙ ſoluas pro Titio,tñ habes actionem
man.ꝯ Sẽpronium,qui tibi hoc mandauit.& in hoc conſiſtit intel
lectus huius §.ſeq.qui incipit ponamus,&c.qđ enim hic dr̃ in libe-
9 rato ipſo iure,dr̃ ẽt in liberato per pactum.¶†In glo.ſeq.(ſed cum
hodie pro parte debeat agere.)No.iſtam gl.quæ vult, ꝙ ſicut duo
rei debendi ſi ſunt ſoluendo, habent inter ſe bñficiũ diuiſionis, ſi
conueniantur a principali creditore,ita ſi conueniantur a manda-
tore,uel fideiuſſore ipſorum, q̃ de mandato ipſorũ interceſſit, &
ſic ſoluendo a quolibet ipſorum inſolidum põt repetere, vt colli-
gitur in hoc ver.(planè.)tñ hodie habent bñficiũ diuiſionis qđ re-
puto ſingulare,licèt Doct.non ponderent iſtã gl. ¶In glo.ſeq.ibi.
(Item qđ hic dicit.)ſ ꝙ ſi creditor, qui ſucceſſit vni ex reis debẽdi
agat ꝯ alterum,qui non eſt liberatus, ſi non erant ſocij, põt ab eo
inſolidum ꝯſequi, quia ille nõ hẽt ꝯ agentẽ exceptionẽ dolo facis,
quia ſi defunctus viueret, nihil poſſet ab eo repetere: ergo nec a
creditore hærede eius.¶Sed ꝯ,quia ſm hoc iſte creditor bis idem
conſequitur, nam ex eo ꝙ ſucceſſit vni, vr̃ ab illo ſemel conſecu-
tus,cũ ſucceſſio habeat vim ſolutionis, vt ver. æquidẽ. Sed iſta rõ
nihil valet,quia hoc caſu qñ erant duo rei,non habet vim ſolõnis,
vt in §.ſed cũ duo. ¶Item adhuc ꝯ, quia qñ creditor agit ꝯ unum
ex correis, ſi ille ſoluat, tenetur creditor cedere actionẽ ꝯ correũ,
vt no.in l.j.C.de duo.reis.Sed nunc iſte creditor non põt cedere ꝯ
correum defunctum,nec ꝯ ſeipſum tanq̃ hęredẽ illius,ergo repel
letur per exceptionem cedendarũ.Præterea ẽt non facta ceſſione
põt ſoluens repetere a correo, quatenus in utilitatem illius verſa
eſt pecũnia mutuata,vt no.in d.l.j. ergo iſte cõuẽtus habebit exce
ptionem ꝓ illa parte,ſicut qñ erant ſocij,vnde iſta diſtinctio an eſ-
ſent ſocij, uel non, vr̃ non eſſe bona, Roge.hoc fatetur eſſe idem
vtroq; caſu,tñ qñ ſunt ſocij multo clarius eſt,q̃ qñ non ſunt.Bart.
reprehendit hunc intellectũ.Roge. q̃a nõ eſt credendũ, ꝙ Paulus
Iuriſconſultus ita ſtultè loqueretur ſm eum.Solue ergo ꝯ̃riũ,vt ſ.
dixi in poſitione caſus.Nam qñ ſunt ſocij,indiſtincte qđ unus ſol-
uit,repetit a correo pro parte, ideo indiſtincte hẽt exceptionẽ, ſed
qñ non ſunt ſocij, non repetit, nec ẽt põt petere ſibi actionẽ cedi,
niſi qñ ſunt correi ex cã oneroſa,& ad vtrunq· peruenit utilitas,&
tũc ꝓcederet ꝯ̃rium,& eſſet idem qđ qñ ſunt ſocij. Si autem ſunt
ex cã lucratiua,vel ſunt ex cã oneroſa, tñ vtilitas non peruenit,niſi
ad alium conuentũ,tunc nihil ab altero repetere põt.Ex his duob.
põt intelligi iſte tex.vt in ver.altero,vt tunc nullã habeat exceptio-
nẽ,& in eiſdẽ caſib.procedit qđ dr̃ in prĩn. gl.vt non videantur in-
uicem fideiubere,ſed in primo caſu ſic,quatenus alter ſoluens poſ
et ab altero repetere, etiam acceſſione non facta. ¶In gl.ſeq.ibi.
ſ(non ergo veræ,uel fictæ ſolutionis vim obtinet &c.) Sol.nihil va
let. Nam & pactum de non petendo habet vim ſolutionis, & ta-
men factum uni ex eis inſolidum, prodeſt alteri in totum, ut l.ſi
vnus.de pact. Quare ergo ſucceſſio facta uni, cum ſit liberatoria
illius,& ſic ſaltem habet vim pacti, non prodeſt alteri niſi pro par-
te? dicit Bart.quia pactum fit durante ſocietate, vnde ſi non pro-
deſſet alteri inſolidum, ſimiliter non prodeſſet ei cui factum eſt,
eo quòd ſi ille vnum nummum ſolueret, poſſet ab altero cui fa-
ctum eſt pactum repetere per actionem pro ſocio, ſed ſucceſſio
fit poſt mortem alterius, & ſic finita ſocietate, vnde ceſſat ratio
prædicta.Ex quo infert,ꝙ ſi ambo viuunt,& finita eſt inter eos ſo
cietas, pactum, vel acceptilatio vni facta, illi ſoli prodeſt, non alte-
ri,quia videtur facta pro parte illius tantum, quod nota.

**§.Si ponamus vnum.** ¶Pactũ de non peten do factum vni ex reis
debendi, non impedit mandatorem ſoluentẽ pro altero repetere
etiam ab illo cui factũ eſt. h. d. Dubitatio erat hic, quia mandator
non vr̃ ſoluiſſe pro eo,qui liberatus erat ꝑ pactũ,ſed per alterũ.er-
go ab illo debebat poſſe repetere,ſed ſolue, vt dixi.ſ. eo.ver.plane.
quia licèt ſoluat pro altero,tñ ſoluit de mandato illius, cui factum
eſt pactum,quilibet eñ illorum vr̃ mandaſſe, ꝙ intercedat pro ſe,
& pro correo, & in hoc ſtat intellectus iſtius §. Et ſic intellige iſtũ
tex.in mandatore, qui mandato vtriuſque mandauit creditori, vt
numeret, ſecus ſi mandato alterius tantum cui pactum non erat
factum,vel etiam mandato illius ſolius cui factum erat.

**§.Placet mandatorem.** ¶Mandator tenet̃, ſiue mãdatarius im
pleat mandatum per ſe,ſiue per aliũ.h.d.in effectu tex.cum glo.

LEX LXXIII.

**SI fideiuſſori.** ¶Acceptilatio facta fideiuſ-ſori qui in oblĩone nõ ĩcidit,
non prodeſt reo.h.d. Sed ſi incidiſſet bñ ꝓdeſſet,vt ĩ.
de accept.l.& ꝑ iuſiurãdũ.§. & ſi fideiuſſori.ẽt ſi eodẽ
inſtanti quo nata eſt,tolleretur virtute acceptilationis,vt hic no.in
gl.¶In fi.text.ibi. (iam mortui efficere,)q̃a ſi fuiſſet ꝯ̃cta in vita,eo
moriente finiretur ꝑꝑ pactum,ꝙ ultra uitã ſuã non teneret̃,ergo
non debet incipere ab eo caſu,quo cępta finiretur.ſi aũt ꝯdõ exi-
ſteret fideiuſſore viuente,tunc vno & eodẽ inſtãti inciperet oblĩo
in eius ꝑſona,& per acceptilationẽ tolleretur ipſo iure.& in ꝯñtiã
ẽt obligatio principalis debitoris,nõ enim põt acceptilatio opera-
ri ſuꝑ obligatione ꝯdõnali,niſi ꝯdõ exiſtat,& oblĩo naſcatur,cum
fiat ad obligationem tollendam,quæ nõ põt tolli ſi non naſcatur,
& quia natiuitas procedit,ideo eodem inſtanti naſcitur per prius,
& tollitur per poſterius, ſecundum intellectus ordinem.

LEX LXXIIII.

**CVm procurator.** ¶Pęnam, quã quis ſuo facto, vel culpa
incurrit a fideiuſſore indẽnitatis non recuperat. ¶In
tex.ibi,{cum procurator.} ideſt procurans, quia non
habebat mandatum, vel de ipſo mandato non conſtabat,iõ præ-
ſtitit cautionem de rato,& ſuccubuit, quia reus fuit abſolutus,po
ſtea dñs non habens ratum egit,& obtinuit,& quia reus,& poſſeſ
ſor noluit poſſeſſionem reſtituere, iuratum fuit in litem ꝯ eum in
multo plus q̃ res valeret,& coactus eſt ſoluere,certe illud plus nõ
recuperat a fideiuſſorib. qui promiſerũt dñm ratum habiturum,
quia damnum paſſus eſt reus culpa ſui, & veram ęſtimationem
rei bene poſſet ab alijs conſequi, quia ſi dominum ratum habuiſ-
ſet factum procuratorijs, res illa remanſiſſet penes eum &c.

LEX PRIMA.

1 *Obligatio per nouationem ex toto non perimitur, cum in aliam transfundatur, vnde videatur prima ſubſiſtere, quia ſubſiſtit ſecunda.*
2 *Nouatio denominatur ab obligatione nouante, qua dignior & potentior eſt quàm nouata.*
3 *Licèt per acceptilationẽ non poſſit tolli obligatio quæ erat verbis contracta:tamen per nouationem poteſt tolli qualitercunque fuerit cõtracta.*
4 *Obligatio noua debet verbis contrahi, & an fiat nouatio, niſi per ſtipulationem.*
5 *Sola naturalis obligatio ſufficiens eſt ad tollendum primam iure nouationis, quæ eſſet ciuilis, & naturalis.*
*Pupillus contrahens ſine tutoris authoritate, an obligetur naturaliter tantum, an autem nullo modo.& nu.6.& 7.*
6 *Quando dicatur proximus pubertati.& nu.7.*
7 *Proximus infantiæ quis dicatur.*
8 *Adultus cõtrahens ſine curatore, an obligetur ciuiliter, & naturaliter.*

De nouationibus & delega. Rub.

**NOuatio.** ¶Primo ponit̃ diffinitio nouationis, vſq; ibi,{nouatio.}Scđo alluſio voca
buli, vſque ibi, {illud.} Tertio qualiter debet eſſe obli-
1 gatio nouans,& hoc ſufficit pro ſummario.†Ex diffi
nitione no.ꝙ ꝑ nouationẽ non perimit̃ ex toto oblĩo, cũ in aliam
transfundatur, vnde vr̃ etiam prima ſubſiſtere, quia ſubſiſtit ſcđa
eius loco ſubrogata.facit l.cum filius.§.hæres meus. de lega.ij.per
quẽ patet,ꝙ adhuc põt dici ipſum deberi ex prima cã, cum ab illa

quia eſſet hoc iniurioſum, ꝙ haberet vtranq; pecuniam. Doct. reprobant, quia cum illam fuerit conſecutus virtute mandati, tenet eam reſtituere dño. vt in l. qui proprio. §. procurator. ſ. de proc. habebit ergo dñs vtrãque pecuniam, ꝙ videtur iniquum. & Doc. nõ dant hic aliquod remedium. vnde poteſt dici, vt ſ. dixi, ꝙ debitor poterit repetere ab ipſo dño pecuniam primo loco ſolutam procuratori, & poſtea ſibi per ꝯdõnem ſine cã, quia cauſa ꝑꝑ quã primo loco ſoluit, cum ei creditor non ſteterit, iterum exigendo redacta eſt ad non cauſam, & tunc ceſſabit omne inconueniens, nõ enim allegat iniquitatem alicuius de prædictis ſententijs, ſed ſolum dicit cãm finitam, quãtum ergo ad tex. tene primas expoſitiones, quia non põt negari, quin tex. aliqualiter impropriè loquatur. ¶In glo. ſuper verbo. (hoc caſu.) ibi. (ſed ubi falſus procurator.) in hoc uer. gl. tangit duos caſus in falſo procurat. primus eſt, qñ dñs primo egit, & ſuccubuit. poſtea dñs egit, & obtinuit, quo caſu cõmittitur ſtipulatio ad totum, qđ debitor ſoluit dño, vt §. eo. l. iij. §. fi. licèt gl. illum tex. non alleget. & hoc vſque ibi. (quæ æquè. &c.) in illo uer. qui põt intelligi duob. mo. tangit alium caſum. Et primo põt intelligi, ꝙ tangat caſum econuerſo qñ falſus procurator primo egit, & obtinuit, poſtea dñs egit, & ſuccubuit, & tunc idẽ. Et iſte caſus ponitur in l. procurator. ad exhibendum. §. j. ſ. eod. & etiam probat gl. arg. huius §. nam in uero procuratore ꝯ quem non committitur, niſi ad expenſas litis, non diſtinguitur an dñs egit, & obtinuit, vel ſuccubuit. ut in hoc §. cum ſeq. (Marcellus, &c.) ergo nec in falſo debet diſtingui, in quo committitur ſtipulatio ad totam ſortem, in hoc. n. ſola eſt dña inter verum, & falſum. Certe eſt alia dña, ut j. tã gam. põt etiam intelligi iſte verſi. alio modo, vt ponat caſum quando vterque egit & ſuccubuit, & iſtud vr̃ de mente gl. in ſeq. uerſi. (firmius probo.) ubi gl. tangit illum caſum, quærendo an ſtipulatio comittatur, & ad quid. & tenet idẽ, ꝙ cõmittatur ad totã ſortem, licet neutra fuerit ſoluta tali rõne. nam ſi falſus procurator primo egit, & ſuccubuit, ſi eſſet uerus cõpeteret debitori abſoluto exceptio ꝯdñm, ſed quia non eſt uerus, nõ competit. ideo ſi dñs poſtea incipiat agere ſtatim ſtipl'o eſt cõmiſſa ad totam ſortẽ. quia intererat debitoris in tota ſorte non agi ꝑ dñm, ꝑꝑ dubium euentũ condemnationis, ẽt anteq̃ aliqua ſnĩa feratur ꝑ d. l. procurator ad exhibendũ. §. fi. ante fi. ibi ex quo autẽ dñs &c. & ibi tetigi. licèt ergo poſtea ſuccumbat dñs, & debitor iterũ abſoluatur, illa ſtipl'o ſemel cõmiſſa nõ reſoluitur, quia licèt nunc ceſſet intereſſe, non tñ deſinit actio cõpetere, quæ ꝑꝑ intereſſe ſemel fuit orta. ut l. qui autem. §. illud. ſ. ſi quis cau. Doc. tenent ꝯrium, dicentes, ꝙ hoc caſu nõ committitur, niſi ad ſumptus litis factos cũ dño, quia ſua non intereſt in plus. nec ob. ꝙ ſemel interfuit, quia tunc hoc ſufficit, vt ſtipulatio cõmiſſa nõ extinguatur, qñ licèt hodie ceſſet intereſſe, non tñ ceſſat ẽt damnum de præterito. ita loquitur l. alle. in glo. ſed qñ ceſſat ẽt damnum de præterito, tunc ceſſat ẽt actio cõpetere. ut ibi not. ꝑ l. ſi eum. §. qui iniuriarum. eo. tit. ſed in iſto caſu non ſubeſt aliqđ damnum de præterito. ergo illa ſtipl'o reſoluitur cum non deſ, niſi ad intereſſe. ut ſ. eo. l. in ſtipulatione. & ſic in trib. tñ caſib. cõmittit̃ hęc ſtipulatio ad totam ſortẽ in procuratore falſo. ſ. qñ procurator primo egit, & ſuccubuit, poſtea dñs egit, & obtinuit, ſecundo qñ econuerſo, & iſti duo tacti ſunt ſ. Item qñ uterque egit, & obtinuit multo magis, quia adhuc plus intereſt debitoris, cũ bis ſoluerit, in quarto uero caſu, qñ vterque ſuccubuit in effectu, non cõmittitur, niſi ad ſumptus litis. In quinto vero caſu qñ adhuc dñs nec ſuccubuit, nec obtinuit, ſed lis pendet, cõmittitur ſtatim ad totam quãtitatẽ. ut in. l. procurator. §. fi. ſed an cũ effectu, pẽdet ex futuro euentu, q̃a ſi obtinebit ẽt cũ effectu, ſi non obtinebit, reſoluetur, & hoc in falſo procuratore, ſed in uero ꝯ quẽ non cõmittit̃, niſi ad ſumptus litis in primis quatuor cõbinationib. dic idẽ quantum ad dictos ſumptus. ſed in quinta qñ lis pẽdet, q̃a adhuc nõ cõſtat quot ſumptus fient. non cõmittit̃ ſtipl'o, ſed expectatur finis iudicij, & hoc uoluit gl. in l. alias. circa fi. mag. glo. ſ. de iureiuran. Et ex his remanent declaratæ combinationes, quas fecit Bar. ſufficit.

**§.Si procuratori.** Geſtum noĩe defuncti poteſt ratificari ꝑ eius hæredem. ad hoc alleg. hoc tamen uerum in his quæ tranſmittuntur ad hæredẽ, alias ſecus. ut ſ. eo. l. ſi is cui. & per Dy. in r'la ratum. de reg. iur. lib. vj. uenio ad caſum. ¶In tex. ibi. (mortuus erat) poſt diem legati cedentẽ & ſic tranſmiſit ad hæredem legatũ. ſ'm Dyn. mãdatum aũt huius procuratoris per mortem domini re integra erat finitum, iõ hr̃s ſoluens ſibi non liberatur ab hr̃de legatarij, niſi hr̃s ratificet ſol'onem. ideo tenetur iſte ꝓcurator facere hæredem ratificare, ſed ꝯ, ꝙ imò liberetur, ut l. cum quis. §. j. de ſol. So. ſ'm Bar. intellige hic ꝙ hr̃s ſoluens, ſciebat mortẽ legatarij, & ſic mandatum reuocatum. ſed certe tunc vr̃ donaſſe per l. ſi non ſortẽ. §. ſi filio. de ꝯdi. inde. & per no. in l. ſi procuratori falſo. ſ. de ꝯdi. cã data. unde ſtipl'o non vr̃ cõmitti, licèt non faciat hr̃dem ratificare. ideo vr̃ melius dicendũ, ꝙ iſte nunq̃ fuit uerus procurator, licet ſe aſſeruiſſet, & cauit de rato, alias difficile eſt rñdere ad dictas opp. & ita tenendo eſſet hic caſus pro eo qđ no. Bar. ſ. eo. l. ſi ꝓcuratori. ꝙ cauenti de rato ſit fienda ſol'o, niſi dicat̃, ꝙ hic fuit facta ſponte. nõ autẽ poterat cõpelli. & hoc patet, quia dicit. (ſine iudice.) Sed opp. ꝙ hæres non poterit ratificare, quia geſtũ noĩe defuncti poſt eius mortem eſt ipſo iure nullum, ut in l. fi. ſeu pe. quæ ſen. ſine app. reſcin. & in l. eius qui in ꝓuincia. §. quod ſi ſtipulatus. ſ. ſi cer. pet. ergo non põt ratificari, quia non reperitur ratificabilis. tunc. n. habet locum ratificatio quando aliquid non eſt nullum, ſed pendet: nã & confirmatio non ualet, quia electio eſt nulla, ſed ſolum quando ualet, & adhuc nõ eſt ꝑfecta, ut l. ſi cõſtat. de appel. Sol. ſ'm Bar. ꝯrium ꝓcederet in his, quę ſunt iuris. ut in ſtipl'one, vel ſnĩa, quia ſi conſpiciantur in perſonam iam defuncti, ipſo iure non valent, ut in ll. ꝯrijs. hic in ſolutione, quę conſiſtit in facto. vnde non põt dici nulla quantum ad id, quod facti eſt, ideo poteſt ratificari. ſi autem actus geritur aliquo uiuente eius nomine, & ipſe decedat anteq̃ ratificet, non eſt dubium, ꝙ hęres eius poteſt ratificare quod actus fuit validus in ſe: & ita loquitur determinatio Dy. in regula ratum. ꝙ geſtum noĩe defuncti poteſt ratificari per hæredẽ. & his diebus habui de facto, & ita reſpondi obiectionibus cuiuſdam, qui dicebat ꝯtractum non fuiſſe ꝑ defunctum ratificatum. & ideo hæredem ex eo agentem eſſe repellendum, qđ eſt falſum, qm̃ hæres poteſt ratificare, & agendo ex eo ratificare vr̃, ut ſ. de fideiuſſ. l. ſi ſeruus alienus. & eodem modo prælatus geſtum noĩe anteceſſoris. vide per Bart. in l. bonorum. j. eo.

**§.Si in ſtipulatione.** Si in ſtipl'one rati ꝑ dolum cauentis omittatur mentio hæredum, agitur ratione doli, ſecus ſi nullus dolus interceſſit. h. d. Caſus eſt iſte. ¶In tex. ibi, (Lucium Titium.) ſubaudi tñ, uel duntaxat. & ſic non comprehendebatur perſona hæredis. & iſte Lucius Titius mortuus eſt anteq̃ procurator cõmodè poſſet ipſum facere ratificare, petebatur ab eo, ꝙ faceret ratificari ꝑ hæredem, ipſe dicebat ſe non teneri, quia dictio taxatiua excludit hæredẽ. & hoc eſt uerum ſi de cõi cõſenſu ita fuit actum inter eos, ſed ſi dedit ad intelligendum alteri parti, ꝙ non obſtante dicta dictione taxatiua comprehendebatur hæres, tunc tenetur ad intereſſe ratione doli. ſi autem illa dictio non fuiſſet appoſita, tunc comprehendebatur hæres. & ideo dicto caſu tenetur facere hæredem ratificare, al's cõmitteretur ſtipulatio, ut eſt caſus ſ. prox. §. poteſt autem altera pars cum recipit talem cautionem petere, ꝙ fiat expreſſa mentio de hęredibus, & cæteris uniuerſalibus ſucceſſoribus. ut j. l. proxi.

**§.Si procurator.** Si dominus petat id qđ petere nõ poterit. ſi ille qui cauit fuiſſet verus ꝓcurator, cõmittitur hæc ſtipl'o. h. d. no. bonam reg. caſus eſt iſte. ¶In tex. ibi. {egiſſet.} ſubaudi, & ſuccubuiſſet, cauerat tamen de rato. & ſic ſi fuiſſet uerus procurator, obſtaret domino exceptio rei iud. ſuper hæreditate, & ſuper qualibet re hæreditaria. ¶In text. ibi, {fundum ex ea hæreditate petieris.} ſubaudi tanquam hæres, & ſic petitione hæreditatis, prout egerat falſus ꝓcurator. Idem ſi rei uend. prætendens duntaxat dominiũ ex cã hæreditaria, ſecus ſi alia ex cauſa diuerſa, q̃a non ueniret ꝯ factũ procuratoris. ut l. procurator ad exhibendum. in prin. ſ. eo. de gl. quæ ſunt hic parum curo.

1 *In cautione rati ſienda eſt mentio de eo, in quẽ põt lis pendens transferri.*
2 *Pater an poſſit approbare factum procuratoris filij, ut non ſit neceſſe caueri de ratihabitione filij.*

2 **§.Qui patris nomine.** †In cautione rati fiẽda eſt mentio de eo, in quem poteſt lis pẽdens transferri. h. d. in effectu. & præmitte, ꝙ ex iniuria facta filio naſcuntur duæ actiones. una prætoria, quæ competit patri, & eſt ipſius quo ad proprietatem, & exercitium, altera ciuilis ex l. Corne. quæ competit filio, & eius eſt proprietas, exercitium tamẽ eſt ipſius patris, niſi ſit turpis perſona: q̃a tunc competit filio, & ſil'r ſi pr̃ moriatur, uel filium emancipet, redit exercitiũ ad filium, vt hæc habentur in l. ſed & ſi vnius. §. interdum. j. de iniu. & §. ſed & ſi pater. de iſta autem ciuili dẽt intelligi ille text. ſ'm uerum intell'm, quia quidam procuratorio nomine patris intentauit exercitium huius ciuilis, & quia non conſtabat de mandato, habuit cauere de rato dr̃ hic, ꝙ non ſolum debet cauere, ꝙ pater habebit ratum, ſed etiam, ꝙ filius ſi contingebat filium effici ſui iuris anteq̃ pater ratificet, quia tunc lis inchoata per patrem, vel eius nomine transfertur in filium, vt filium, quia transfertur exercitium illius actionis in filium. ergo & lis inchoata ſuper illo exercitio. & iſte eſt uerus intellectus, quem ponit gl. mag. ſuper ver. {filij.} in uerſic. {vel ſ'm Dy.} licet in fine uideatur nõ tenere hanc lect. ſed male ſ'm Ang. Si autem intentaſſet prætoriam competentem patri, nõ eſſet fienda mentio de filio, ut filio, quia nõ transfertur in eum, vt filiũ, ſed demum poſt mortem, ut in hæredem. vnde bene eſſet fienda
2 mentio de patre, & hæredibus eius, ut j. l. proxi. circa fi. †Et no. ꝙ ſi pater ratificaſſet anteq̃ lis transferatur in filium, non eſſet neceſſaria alia ratificatio, cum pater potuerit factũ illius procuratoris approbare, & tranſire iudicium cum illa approbatione. Sufficit. Glo. tamen ponunt alios duos intellectus, ſcilicet ꝙ ille procurator intentauit actionem competentem patri, & competentem filio, uel competentem patri tñ, quod nõ poteſt ſuſtineri ꝑꝑ id quod dixi. ¶Sed opp. ꝙ etiam cum intentatur exercitium actionis competentis filio, non ſit neceſſe caueri de ratihabitione filij, ut in l. non ſolum.

ſolum.§.ſi pater.de procur.Sol vt in prin.illius glo.mag.quia ibi qñ
ageret ipſe pater,quem ꝯſtat hr̃e exercitium, hic qñ procuratorio
nomine patris,quem non cõſtabat hr̃e mandatum.ſi.n.conſtaret,
tunc nec de patre,nec de filio tenetur cauere.Sec ꝯ adhuc extra gl.
ꝙ immo etiam ipſe pater,qñ intentat exercitium actionis compe-
tentis filio,ipſo filio abſente teneatur cauere de ratihabitione filij,
ſicut quando agit actione de dote, quæ eſt communis patri, & fi-
liæ,ſed exercitium eſt ipſius patris,vt d.l.non ſolum.§.ſi de dote. &
l.ij.§.fi.ſol.mat.nam pater adhuc plus iuris habet in act. de dote, q̃
in actione iniuriarum competente filio,cum prima ſit cõis quo ad
proprietatem,ſecunda non,ſed ſolius filij. Br̃ licèt ꝯrium ſit diffici-
le rñde, ꝙ in actione de dote non datur per l. exercitium patri.niſi
cum modificatione.ſ.conſentiente filia,ſed cum abeſt, & ignorat,
non vr̃ conſentire,ſed duntaxat quando eſt præſens, & tacens. in
actione autem iniuriarum datur ſimpl'r abſque conſenſu filij.

## L E X XXIIII.

1 *Factum falſi procuratoris non facit committi ſtipulationem de rato.*
2 *Forma huius cautionis.*

1 ROcurator. † Factum falſi procuratoris nõ
facit cõmitti ſtipulationem de
rato.h.d.& non eſt alibi iſta l.ſm Dy. ecce caſum. Op.
ꝙ committatur ſtipl'o ſaltem ad expenſas litis. licèt ille
ſecundus procurator non potuerit agere de iure, ſed de facto. ut
s̃.l.proxi.§.cum autem. Sol.ibi loquitur in vero dño agente ꝯ ſcm̃
falſi procuratoris,qui poterat mero iure agere. hic nõ poterat, vñ
non facit cõmitti ſtipl'onem, etiã ad ſumptus litis. & hoc vult glo.
2 ſuper uerſi.(pertinebit.)quam no.¶†Vltimò no.in fi.formã huius
cautionis,quia debet ꝓmittere dñm, vel quemlibet alium, ad quẽ
ea res,vel actio pertinebit,ratum habiturum, & ſic comprehendi-
tur perſona hr̃dis,vel vl'is ſucceſſoris,vel etiã filij in caſu pręceden.
§.ſed an comprehendatur perſona creditorum ipſius dñi? caſus eſt
ſing.ꝙ non in l.non ſolum.§.quæritur.de procu. licèt prætẽdat in-
tereſſe,quia ſi procurator ſuccumbat, tanto minus erit in faculta-
tib.ipſius dñi,ex quib.eſt eis ſatisfaciendum,tñ ad eos non pertinet
actio,& hic non debet caueri, niſi de illis, ad quos actio pertinebit
ex vl'i ſucceſſione, vel etiam ex particulari per ſucceſſionem.

## L E X XXV.

1 *Si aliquis appellauit meo nomine intra decem dies à ſententia lata contra me, an poſſim ratificare poſt lapſum decem dierum.*
2 *Si aliquis interfecit hominem meo nomine, an poſſim ratum habere,ut tenear perinde ac ſi interfeciſſem.*
3 *Si ſuperuenit impedimentum in perſonæ ratum habere debentis,vel illius, qui actum geſſit, an impediatur ratihabitio.*
4 *Si aliqua communitas fecit pacem pro ſe & ſuis adhærentibus, cum promiſſione de non offendendo ſub pœna, & antequam adhærentes ratificent, offendantur per alteram partem, poſtea ratificant, an videatur altera pars feciſſe contra pacem, vt incidat in pœnam, vel vt videatur fregiſſe pacem.*
5 *Caſus in quibus ratihabitio non trahitur retro.*

BOnorum. Nõ valet ratihabitio ſi fiat eo tp̃e,
quo ratũ habens non poſſet actũ
ꝑ ſe gerere, ſecus ſi poſſet per ſe, licèt non ꝑ illum qui
geſſit eius noĩe.h.d.no. Et deberet ſcribi literis aureis,
ſm Bar.q̃a non eſt dare meliorem in ſua materia.& primo loquit̃
qñ ſuperuenit defectus in perſonam ratũ habentis, quia ſuum ius
fuit extinctum anteq̃ ratum haberet,licèt poſt actum geſtum eius
noĩe,vſq; ibi.(an autem.)Secundo qñ ſuperuenit in perſona illius,
qui geſſit actum,q̃a mortuus eſt,vel eſt effectus furioſus.Et ſic ho
die cum ratum habetur,non poſſet ille iterum gerere,vel cum pę-
nituit,voluntatem mutauit, & ſic licèt poſſet hodie, tñ non vult,
& in iſtis caſib.non impeditur ratihabitio,ſi ius ratum habẽtis erat
a ſaluum.[a] & cũ primo dicto concordat l.ſeq.in §. procurator.& l.ſi
1 is cui.s̃.eo.venio ad caſum.¶† Per primũ dictum huius l.patet,ꝙ ſi
aliquis appellauit meo noĩe intra x.dies a ſñĩa lata ꝯ me, non poſſũ
ratificare poſt lapſum x.dierum. Sed quæro, quæ eſt rõ huius l.di-
cunt quidam,quia permittendo labi tempus, videor renunciaſſe
iuri meo.ar.in l.alienationis.de verb.ſign.ideo ad ipſum non datur
amplius regreſſus.arg.in l.fi.C.de remiſ.pig. & l.item quæritur.§.ſi
venditor.s̃.de ędil.edic.quæ rõ non placet Bart. & bene nam idem
eſt ſi ius meum extinguitur morte mea, non lapſu tp̃is. vt in l.ſi is
cui.s̃.eo.& tñ tunc non põt dici,ꝙ videar renunciaſſe. ¶Quid.n.ſi
ignorabam bon.poſſ.mihi delatam? Idem per tex.in l.cum decem,
§.item ſi ignorans.s̃.de ſol.vbi ratum habẽs renunciauerat iuri ſuo
anteq̃ ratũ haberet,liberando debitorem ſuum ꝑ acceptilationẽ,
ignorans,ꝙ alteri ſoluiſſet,& hoc non obſtante poteſt ratam habe
re ſolutionẽ, & acceptilatio euaneſcit.eſt ergo ratio,quæ hic colli-
gitur ex text. quia ratihabitio facit haberi perinde ac ſi hodie cum
ratum habetur,actus geretur, & fingitur retro geſtus de volunta-
te ratum habentis. oportet ergo ad hoc vt valeat, ꝙ extrema ſint
habilia.ſ.ꝙ tempore quo hr̃ ratum,poſſet fieri,aliàs non poſſet fin
gi fieri, quia fictio non eſt ſuper impoſſibili.vt not. in l. Gallus.§.ſi
eius.de liberi.& poſth.& etiam ꝙ tempore quo factus fuit,potue-
rit fieri,alias non poteſt ſecundum extremum trahi ad primũ, nec
econuerſo,ut in l.fi.commu. præd. & l.potior. & l.qui balneum.§.
2 Titio.qui po.in pig.hab.†Sed contra.nam ſi aliquis interfecit homi
nem meo nomine, poſſum ratum habere, & perinde teneor ac ſi
interfeciſſem,vt in l.j.§.deieciſſe,de vi & vi arm.&plenè no.de hoc
in l.non eo minus.C.de accu.per Cyn. quem oĩno vide. & tñ nũc
cum ratum habeo,non poſſem ipſum interficere, quia mortuus
eſt.ergo illa ratio nõ eſt bona.Sed ſm Ange. illa ratio procedit.qñ
vellem ratum habere ad mei commodum. ita loquitur hic,nõ qñ
ad mei incommodum,vt in ꝯrio,quod no.licèt ꝯ, nam ſñĩam latã
ꝯ procuratorem meum poſſum ratam habere ad mei incommo-
dum.vt l.licèt.s̃.de iudi. & tñ hodie cum ratã habeo, ſi lapſum erat
tempus inſtantiæ non poſſet ferri.Sol.ſecunda,quam s̃.dixi proce-
dit in his,quæ ueniunt gerenda per partem: ſed ſñĩa non fertur per
partem ratum habentem,ſed per iudicem, & ſic nihil ad propoſi-
3 tum.¶†Item opp.ꝯ ſecundum dictum in ver.(an autem.)vbi Iuriſ
conſultus vult,ꝙ ſi tempus non erat lapſum, licèt gerens actum
eſſet mortuus,poſſet habere ratum,vt patet in fi.ꝯ de eo quod no.
s̃.eo.tit.l.ſi indebitum.§.fi.Sol.poteſt haberi ratum, niſi interim ſit
alteri ius quæſitum, quia tunc in præiudicium illius non põt, ut ibi
not.ſed ꝯ.de d.l.cum decem mihi.§. item ſi ignorãs. de ſol.ubi erat
alteri ius quæſitum per acceptilationem, & tñ poteſt haberi rata
ſol.& euaneſcit acceptilatio. Sol.in præiudicium alterius cũm quo
ratum habens,non geſſit actum,non põt ratum haberi, ſed in p̃iu
dicium illius cum quo geſſit,ſecus.vt ibi.& idem ſi ſit alius, qui re-
putetur eadem perſona,vt l.ſi quis offerenti.§.fi.eo.ti. Et ex his col
lige diſtinctionem,quãdo ſuperuenit impedimẽtum in perſonam
ratum habentis,aut eſt impedimentum legale. & impeditur ratiha
bitio.vt hic.& ) l.proxi.§.fi.aut procedit facto hoĩs,& tunc aut ten
dit in præiudicium illius, qui actũ geſſit, puta tu debitor meus ſol-
uiſti alteri noĩe meo,poſtea te liberaui per acceptilationem,poſtea
volo ratum habere in tui præiudicium, qui geſſiſti actum cũ illo,
& poſſum, idem in præiudicium alterius,qui reputatur eadem per
ſona tecum,vt in duob.reis debendi. aut non geſſiſti tu actum cũ
illo,ſed ego tecum, & tunc in tui præiudicium non poſſum ratum
habere,vt in caſu,quem ponit gl.in d.l.ſi indebitũ.§. fin.ſi autem im
pedimentum ſuperuenit ex parte rei ſuper qua actus fuit geſtus,
quia perempta eſt,impeditur ratihabitio,ut in l.eũ qui.§.fi. de verb.
obl & l.neceſſario.§.quod ſi pendente.de peri.& commo.rei vẽd.
ſi autem ſuperueniat impedimentum ex parte illius,qui geſſit actũ
nomine alterius,non impeditur ratihabitio, vt hic in ſecunda par-
te huius l.& iſta faciunt.ad q.de qua per Dyn.& Bart.in l.ſi uxor.§.
4 antepenul.de adulte.†Si aliqua communitas fecit pacem pro ſe,&
ſuis adhærentibus,cum promiſſione de non offendendo ſub pœ-
na,& antequam adhęrentes ratificent,offenduntur per alterã par
tem,poſtea ratificant,an videatur altera pars feciſſe ꝯ pacem,ut in-
cidat in pœnam,vel vt videatur fregiſſe pacem? Bar.ibi tãgit,& nõ
ſoluit, ſed ad ſolutionem iſtius qõ. facit quod ſtatim dicam, vnde
opp.contra ultimum dictum ver.(ſed & illud.) ꝙ ſi ille qui actum
geſſit,pęnitet,non poſſim eo inuito ratum habere.arg.in cap.ſi ubi
abſenti.de præben.libr.vj.Sol. & tene menti, ſi ille qui requiſiuiſſet
me,ꝙ ratum haberem,& ego recuſaſſem,uel tacerem,& ipſe aſſi-
gnari fecit terminum,& intra illum habeam ratum;& ſic reproba
ui actum expreſſe, uel tacite, non poſſem poſtea ratum habere il-
lo inuito, ut ibi,ſecus ſi non reprobaui expreſſe,vel tacite,vt hic,&
ideo ſi aliquis egit nomine meo, non poſſet renunciare liti me in-
uito,ſi non reprobaui actum, nec auferre mihi poteſtatem ratifi-
candi ſemel acquiſitam ex eius actu. & idem ſi aliquis appellauit
meo nomine, & poſtea vult renunciare appellationi antequam
ratificem non poteſt, & hoc facit ad ſolutionem illius quæſtionis,
ꝙ offendens inciderit in pœnam, vel videatur fregiſſe pacem,quia
nihil debebat innouare pendente poteſtate ratificandi. arg. hic.de
5 hoc etiam tangitur per Bar.in l.fin.C.ad Macedo. ubi ponit†caſus
in quibus ratihabitio non ualet nec retrotrahitur,melius q̃ alibi ha
beatur,& inter alios caſus eſt, qñ actus eſſet de ſe nullus,vt in pro-
ceſſu facto coram aliquo,tanquam delegato,cum non eſſet, nam
non poſſet ſuperior ratum habere. vt validetur, quia fuit ipſo iure
nullus,cum defecerit vna ex perſonis neceſſarijs in iudiciũ, ſcilicet
iudex, vt not per Innocen.& alios in cap.prudentiam. de offic.de-
legat.& no.in l.licèt,ſupra de procura. & C.de iu. fiſci.l.inſtat.l.b ,
& ſupra de offic. procon.l.obſeruare.§.fina. & tetigi.ſupra eod.l.ſi
ſine.§.ſi procuratori. Requiritur ergo, quòd actus non ſit nullus,
ſed pendeat eius effectus ex ratihabitione. videtur tamen, quòd ſi
gerens actum ſignificauit alteri, qui debet ratum habere, niſi ſta-
tim cum poteſt ratum habeat, videatur reprobaſſe, per l.quo cm̃.
§.Iulian.ſupra eod. & per l.ratum.de ſol.& facit l.non erit.ſupra de
iureiur.& ſic non poterit poſtea ratificare illo inuito,ſed eo perma
nente in eadem voluntate;poſſit per cap.licèt.de procura.libro vj.
Tene menti, quia non omnia iſta tanguntur per Barto. qui etiam
dicit

A D D I T I O.

a ¶Iſtis caſib,non impeditur. Adde Dy.in reg.ratihabitio.de reg.iur.lib.vj.

dicit hic, ꝙ geſtum nomine prælati poteſt haberi ratum per ſucceſ
ſorem, ſicut per hæredem.

LEX XXVI.

1 *Si ius illius, qui debeat ratum habere, peruenit ad promiſſorem, non requi*
*ritur alia ratihabitio ſed hoc ſolum pro ratihabitione habetur.*
2 *Dos quando matrimonium eſt ſolutum morte filiæ remanentibus liberis,*
*an debeat ad patrem redire, an remanere penes liberos, uel penes gene-*
*rum propter liberos, & quid ſi eſt ſolutum morte generi.*

1 PAter dotem. †Si ius illius, qui debeat ratũ
hře, ꝑuenit ad promiſſorem
nõ requiritur alia ratihabitio, ſed hoc ſolũ pro ratihabi
2 tione hř. h. d. venio ad caſum. ¶ † In tex. ibi. (abſente fi-
lia petit.) ſubaudi ſol. ma. per mortẽ generi, vel per diuortiũ, & nihil
facit iſte tex. ad qõ. ad quam gl. eum allegat, quæ incipit, (non diſtin
guitur.) ſ. notata. in l. dos a patre profecta. C. ſol. mat. quia illa loquit
qñ matrimonium eſt ſolutum morte filiæ remanentib. liberis, an
debeat dos ad patrem redire, an remanere penes liberos, vel penes
generum ꝑꝑ liberos, qñ autẽ diuortio, uel morte generi, nulli du-
bium eſt, ꝙ ad patrem redire dẽt, ẽt extantibus liberis, vt poſſit da-
ri pro ea in ſecundo matrimonio. ¶ In tex. ibi. (rem ratam, ꝙ habi-
turam eam cauit.) dic, ꝙ facere debuit poſtquã filia erat abſens, &
ignorans, quia poterat habere iuſtam cãm ꝯdicendi, vt quia pater
erat turpis perſona, & ſic ſibi non competebat exactio, vt ſ. de ꝓ-
cur. l. non ſolum. §. ſi de dote. & ſol. mat. l. ij. §. fi. cum ibi nő. ¶ In tex.
ibi. (mortua eſt,) ſubaudi & pater erat turpis perſona, ut habeat du
bium, & ſic videbatur requiri ratificatio filiæ ſi mortua non eſſet,
aliàs ſoluens non eſſet liberatus, ſi. n. non eſſet turpis perſona, tunc
etiam ſi viueret, & ratum non haberet, liberatus eſſet, quia filia nõ
poſſet ꝯdicere ſine iuſta cauſa, hic autem non requiritur alia ratiha
bitio, poſito ꝙ pater eſſet turpis perſona, poſtq̃ ius filiæ conſolida-
tum eſt in patrem per mortem filiæ, ſecus ſi non eſſet conſolidatũ,
ut quia filia fuiſſet emancipata antequã ratum haberet, & ſic in ea
fuiſſet actio conſolidata, vel deceſſiſſet remanentibus filijs, qui ſibi
in dotem ſuccederent, nam committeretur ſtipulatio, niſi pater fa
ceret illos ratificare. ut in l. ſi ſine. §. ſi procuratori. ſ. eo.

1 *Non valet ratihabitio facta eo tempore, quo ius ratum habentis erat ex-*
*tinctum tempore.*
2 *Si actio erat perpetua de ſui natura, & per præſcriptionem xxx. anno fuit*
*ſublata iure C. an ſoluens poterit repetere.*

1 §. Procurator. †Non ualet ratihabitio facta eo tem-
pore, quo ius ratum habentis erat ex-
tinctum tꝑe. h. d. & ſic idem qđ l. bonorum. in prin. venio ad caſũ.
¶ In tex. ibi, (procurator.) ſubaudi falſus, ſi. n. fuiſſet uerus, & habuiſ
ſet mandatum recipiendi, liberatus eſſet ſoluens per ſoľonem illã,
vnde amplius ꝑ lapſum tꝑis non liberaretur, & illa pecunia ꝑ ꝓcu-
ratorem deberet reſtitui dño ꝑ actionem mandati, non autem ſol
uenti, cuius ꝯrium hic dř, ꝙ ſoluenti, & non dño ratificanti. ¶ In
tex. ibi. (qui tꝑe liberaretur.) hoc põt intelligi dupliciter. Primo, ꝙ
tempus erat appoſitũ a ꝯhentibus, vt quia obligaſti te mihi vſque
ad annũ, & non vltra, & tunc clare procedit iſte tex. nam tũc appo
ſitio tꝑis habet uim pacti de non petendo poſt annum, ut l. eum q̃
ita. §. qui ita. de uerb. obl. ꝑ quod pactũ tollitur nãlis, & eliditur ciui
lis, ut in l. ſi uſus. §. pactus ne peteret. ſ. de pac. & ideo ſolutum ꝑ er-
rorem iuris, vel facti poſt annum poſſet repeti ꝑ ꝯdõnem indebiti,
ſed ſi interpoſita eſt ſtipľo rati, ceſſat illa ꝯdõ, & repetitur ꝑ actionẽ
ex illa ſtipľone, ut ĵ. ſequitur, & no. ibi in uer. (argu.) illud quod dixi
in l. ſi ſine. §. qđ ſi procurator. ſ. eo. ꝙ non debet eſſe deterioris cõ-
ditionis qui ſtipulationem rati interpoſuit, q̃ ſi non interpoſuiſſet.
Item ꝙ conditio, quæ re ꝯhitur, ceſſat qñ interpoſita eſt ſtipľo, ſe-
cũdo modo poteſt intelligi, ꝙ erat tempus legale, vt in actionibus
prætorijs annalibus, vel in actione de dolo, quæ durat biennio, ſed
tunc eſt dubium, quia hoc caſu per lapſum tꝑis non tollitur nãlis
obľo, ſed ciuilis tm̃, & ideo vř ꝙ ſolutum non poterit repeti nõ in
teruenientе ſtipľone, cuius ꝯrium hic dř, ꝙ autem remaneat natu
ralis, probatur in l. at qui nã, de neg. geſt. & no. gl. in l. Proculus. quę
ſtatim præcedit. Solu. duob. modis. primo vt poſſit repeti ſi fuit ſo-
lutum per errorem facti, qui inducit repetitionem vniuſcuiuſque
indebiti, uel dic idem ſi per errorem iuris in caſu huius §. quia hic
erat ſoľo facta falſo procuratori, & ſic ut nõ remaneret penes eũ,
ſed ut ꝑueniret ad dñm, & nunc non põt peruenire inuito ſoluen
te, poſtq̃ ius dñi erat extinctum anteq̃ ratum haberet, ſed ſi facta
eſſet ſol. ipſi dño poſt lapſum tꝑis ꝑ errorem iuris, fateor. ꝙ nõ poſ
ſet repeti, ſi dicimus obľonem nãlem durare, & non eſſe eliſam, ꝙ
2 vř tenere Bar. & ſtatim dicam. †Quid autem ſi actio erat perpetua
de ſui natura per ꝑſcri. xxx. anno. & fuit ſublata iure C. an ſoluẽs po
terit repetere? gl. hic inducit iſtũ tex. ꝙ ſic. & ſic iſtud ſine dubio eſ
ſet verũ, ſi ꝑ errorem facti, qui inducit repetitionẽ ẽt ei qui eſt vſus
exceptione odioſa. ut l. fi. ſ. ad Mace. Si uerò per errorẽ iuris, hic eſt
dubiũ. nã per talẽ ꝑſcriptionẽ non põt dici, ꝙ tollatur naturalis, quę
eſt de iure gen. & præſcriptio eſt de iure ciuili. ſed ciuilis bene tolli-
tur, quia procedit a pari, potentia nãle autem debitum per errorẽ
iuris ſolutum non repetitur in l. error. C. ad l. Falc. & ſic iſta gl. non
vř uerũ dicere, maximè quia exceptio talis præſcriptionis eſt odio
ſa, ſic non inducit repetitionem ſoluti per errorem iuris. ut l. q̃ exce
ptionem. de condi. ind. cum talis præſcriptio dicatur merè odioſa,
quia inuenta ꝑꝑ negligentiam non petentis. ut no. in l. edicto. C. de
edi. di. Adri. tol. circa fi. Et iſtam partem tenuit Pet. ut refert Cyn. in
l. cum quis. C. de iur. & fact. igno. in vij. q. quod etiam tenet Angel.
hic. In contrarium vř ueritas, quia per talem præſcriptionem licèt
non tollatur naturalis, tñ eliditur, cum ll. dicant, ꝙ debitor lapſo di
cto tꝑe conſequitur pleniſſimam liberationem. ut l. q̃ẽs. & l. ſicut.
C. de præſcrip. xxx. ann. & ſicut ꝑ pactum de non petendo, quod
eſt de iure gen. tollitur naturalis, & eliditur ciuilis, ita ꝑ præſcriptio-
nem, quæ eſt de iure ciuili tollitur ciuilis. & eliditur nãlis. Et iſta eli-
ſio facit, ut illa nãlis nõ habeat effectum repetitionis impediendę,
ſed quare magis eliditur per hanc pręſcriptionem, q̃ per illam, quę
inducitur ex natura actionum temporalium, non video, ideo etiã
in iſto caſu vř dicendum, ꝙ tale debitum nãle ſolutum etiam ipſi
creditori per errorem iuris, poterit repeti per hunc tex. ubi vř eſſe
caſus. Intelligẽdo ſcđo modo qũo ſ. dixi. non. n. põt intelligi in pręſ
ſcrip. xxx. ann. q̃a illa erat cognita hoc iure. ut no. in l. qui occidit. in
prin. ad l. Aquil. ¶ Reſtat ad unum rñdere, dũ dř ꝙ illa exceptio pręſ
ſcriptionis eſt odioſa, nam hoc erat uerum de iure ciui. quo etiam
malæfidei debitor, vel poſſeſſor põt præſcribere, vnde niſi negligẽ-
tia non petentis poteſt dici inducta, ſed hodie non niſi bonæfidei
debitor, uel poſſeſſor põt præſcribere de iure canonico, vñ poteſt
dici, ꝙ nõ ſit odioſa, ſed ob fauorem publicum introducta, ne ho-
mines ſemꝑ ſint in incerto. ut l. j. de uſuca. Ideo in hoc puncto pu-
to diſtinguendum, an ille qui præſcripſit ſit bonæfidei, & põt repe-
tere ſolutum per errorem iuris, an malęfidei, quo caſu licèt de iure
cõi non poterit præſcribere, ex forma tñ ſtatutorum interdũ præ-
ſcribet, quæ licèt non ualeant de iure, ſeruãtur tñ de facto, & tunc
putarem opi. Pet. & Ant. ueram, & non poterit repetere tãquam
tutus exceptione odioſa, ſed qñ erat præſcriptio ſui nã currens, ut
in actionibus temporalibus, illa non dř odioſa, ideo repeteretur in
diſtincte, tenendo ut dixi, ꝙ per illam elidatur naturalis.

LEX PRIMA.

1 *Differentia inter ſurreptum, & obreptum.*
2 *Sñia licèt ſit lata ſecundum conſilium ſapientis, tamen põt appellari.*
*Pro conſilio ſapientis, ꝙ debeat mitti cauſa plene inſtructa.*
3 *An talis conſultatio debeat fieri poſt concluſionem in cauſa.*

De appellationibus & relationibus. Rub.

APpellandi. In tex. ibi. (nihil a nobis ꝑcognitũ
eſſe uidebitur.) ꝑ iſtum text. vř ꝙ
reſcriptum principis ſit nullum, etiã ad lites ſi eſt obrẽ
tum per falſi ſuggeſtionem, quia nõ cenſetur emanaſ
ſe de uoluntate principis, ut hic patet, ſed ꝯ. d. c. certum. & quod ibi
not. Inn. & alij extra de reſcri. qui dicunt, ꝙ ualet ipſo iure, ſed ope
exceptionis reſcinditur, ſi opponatur, & iſtud eſt magni effectus.
ut ibi no. Sol. poteſt probabiliter dici, ꝙ ꝯrium procedit quando
1 fuit obtentum, quia fuit obreptum tacita veritate, † & tunc ꝓprie
dicitur ſurreptum, ſed ſi expreſſa falſitate, dicitur obreptum. ut in
l. ſi quis obrepſerit. ſ. de fal. & tunc eſt nullum, ut hic qđ no. nã non
daret iuriſdictionẽ delegato ſi ad hoc emanaſſet, ꝙ in eo geſta co-
ram eo eſſent nulla, etiam ſi a partibus ſcientibus, quia nõ tenet iu-
riſdictio eius, qui nullam habuit, ut l. priuatorum. C. de iur. om. iud.
2 ¶ † Vltimò per iſtum §. determinant Docto. ꝙ licèt ſnĩa ſit lata ſm
a conſilium ſapientis,[a] tñ põt appellari ẽt ſi partes conſenſerint in ſa-
piente, & ẽt in puncto. ut ĵ. eo. tit. l. ex conſenſu. in princ. & plus vř
ꝙ ẽt ſi conſenſerunt, aut ẽt ſtatutum diſponat, ꝙ feratur ſm conſi
lium ſapiẽtis, & ꝙ iudex debeat ius ſequi, nihilominus poteſt pars
appellare, vt ea quæ non probauit in cã principali, poſſit dicere vel
probare in cauſa appellationis, ut l. eos. C. eo & l. per hanc. de tẽpo.
app. Super gl. in verbo. (quæſitum,) ibi. (& hoc caſu princeps non
dat dilationem,) nec recipit nouas probationes, vel inſtrumenta,
ut in l. quam glo. alleg. quia cauſa debet mitti plenè inſtructa, aliàs
3 punitur iudex. ut l. j. C. de rela. † & ſic talis conſultatio debet fieri
poſt concluſionem in cauſa, quia tunc partes non poſſunt aliquid
plus dicere in facto. ut in c. paſtoralis. cum ibi no. de cau. poſ. & ꝓ-
prie. & poſtq̃ audiuit aduocatos, ſtatuta tñ in conſilio ſapientis in-
terdum aliter diſponunt. ſ. ꝙ petatur anteq̃ publicentur dicta te-
ſtium, ſi qua vult petere, & non ſine myſterio iudex poſtq̃ princi-
pem conſuluit, vel cãm miſit ad cõſilium ſapientis, non põt inſtra
aliqua recipere, nec aliquid innouare, ut l. ex eo tempore. C. eo. ſe-
cundum vnam lect. quam Bar. ibi dicit eſſe notandam.

ADDITIO.

a Sapientis. An ſententia lata ad conſilium ſapientis poſſit quandocunque
retractari per conſilium magis peritorum conſultorum appoſitum. uide
per Lud. Rom. conſi. 226.

1 *Si ille ad quem appellatur,non eſſet maior,qui tulit ſententiam, ꝙ indiſtinctè appella:io ſit nulla,quid ſi eſſet æqualis.& nu.2.*

3 *Nomen iudicis ad quem appellatur , an ſit neceſſario inſerendum in appellatione.*

4 *Conſules qui non exercent iuriſdictionem contentioſam,ſed voluntariam , ſi de mandato principis dant iudicem in aliqua cauſa, ꝙ ab illo delegato debeat appellari ad ipſos conſules delegantes .*

5 *Si appellans ſimpliciter dicit appello,non exprimendo ad quem, an ualeat appellatio.& quid ſi dixit,appello ad iudicem competentem .*

6 *Si appellatio interponatur alternatiuè ad talem, vel ad talem , an valeat attenta incertitudine .*

1 **§.Si quis in appellatione.** † Error in appellando ad aliũ iudicem,q̃ debuerit,non officit appellanti,dummodo ille ſit maior, vel æqualis cũ eo ad quem debuit appellari, ſecus ſi minor, de appellatione tñ non cognoſcit ille, ad quem fuit appellatum, cum ſit
2 incompetens,ſed ille ad quem debuit appellari.h.d. no.¶ †Et no.ꝙ ſi ille ad quem appellatur,non eſſet maior eo, qui tulit ſnĩam,indiſtinctè appellatio eſſet nulla,ẽt ſi eſſet æqualis,ut eſt tex in Auth.de appella.§.fin.col.4. ſed qñ eſt maior eo,non tñ eſt ille ad quem debuit appellari,habet locum iſte tex.ut ſi eſt maior, uel æqualis, ualeat,ſi verò minor ille ad quem debuit appellari,licèt maior eo qui ſnĩam tulit,non valeat,ſi tñ adhuc eſt intra tempora appellandi,iterum poteſt appellare ad competentem , quia non præſtat impedimentum appellatio illa nulla,vt in reg.non præſtat.de reg.iur.iũcta
3 l.accuſaturus.ſ.de adult.¶ † Per iſtum text.vr̃,ꝙ nomen iudicis ad quem appellatur,non ſit neceſſario inſerẽdum in appellatione, qa ſi eſſet neceſſario inſerendum , & inſereretur non competens appellatio,non ualet,prout hr̃ in ſimili,in alijs,quæ neceſſario ſunt inſerenda in libello appellatorio,vt ȷ.proxi.§. & quia neceſſario non eſt inſerendum,non vitiatur ſi inſeratur non competens , prout in ſimili dr̃ in l.ſcio.ȷ.eo.& in §.j.& hoc modo ſanè debet intelligi dictum Spec.in iiij.parte Specu. titu.de appell.§.j.ubi dicit,ꝙ nomen iudicis ad quem,debet inſeri,& ita vr̃ ſupplere §.ſeq.ſed intellige,vt
4 dixi, aliàs non bene loqueretur per iſtum tex.¶ † Item no.hic ꝙ ſi conſules,qui nõ exercent iuriſdictionem contentioſam,ſed uolũtariam de mandato principis , dant iudicem in aliqua cauſa , ꝙ ab illo delegato debet appellari ad ipſos conſules delegantes, ut patet hic in verſi.{cõſules ampliſſimi,} videbatur ꝯtrium,ꝙ delegatio nõ cenſeretur facta ab ipſis,ſed a principe , poſtquam ipſi non habent cognitionem illius cauſæ,& ſic debet appellari ad principem,ſed ſi haberent cognitionem illius cauſæ, licèt de mandato principis delegarent,cenſeretur ab eis facta delegatio , quia cenſeretur potius excitata iuriſdictio eorum q̃ data de nouo, & ſic actus aſſumeret uigorem ab eis,vt in c.licèt.de offic. ord. tñ iſte tex.uult,ꝙ etiam ſi non habeant cognitionem cauſæ,quia tñ iuriſdictionem habeant potius in habitu,q̃ in actu per excitationem factam a principe delegato,ſumant vires ab eis,vt hic eſt caſus, & ideo ſi dominus legatus committeret ancianis huius ciuitatis,qui non habent exercitiũ iuriſdõnis contentioſæ,ꝙ aliquam cãm committerent,a tali commiſſario deberet appellari ad ipſos ancianos,& ſi appellaret̃ ad poteſtatem,vel ad alios,deuolueretur ad iſtos ancianos, vt per ſe cognoſcãt,uel alios committant, caſus eſt hic, quem perpetuo tene
5 menti.¶ † Quid ergo ſi appellans ſimplr dixit, appello, non exprimendo ad quem,an ualeat appellatio ? uel quid ſi dixit , appello ad iudicem competẽtem? Rñdeo,ſic de iure ciuili, nec poteſt dici iſta appellatio incerta,quia non eſt dare niſi unum iudicem competẽtem.ſ.immediatum ſuperiorem,ſi appelletur ab ordinario,vel delegante.ſi appelletur a delegato,ad illum cenſetur interpoſita vtroq; caſu,& probatur in l. qui Romæ. in §. Seia de verb.obl.& not.in l. cum proponas.C.de bonis auth.iud,poſſ. ſed de iure canonico eſt magis dubium , quia eſt dare duplicem iudicem competentem,ſ. immediatum ſuperiorem,& Papam,& ſic redditur applo incerta, quæ incertitudo vitiat rl r omnem actum , maximè quia tendit in præiudicium aduerſarij, qui non eſt certus coram quo debeat cõparere pro defendendo ſnĩam ſuam.¶ In ꝯtrium vr̃, ꝙ valeat, & ꝙ cenſeatur in dubio interpoſita ad Papam ꝑꝑ excellentiam. arg. in c.ſi a ſede.de præben.lib.vj.Econtra, ꝙ immo cenſeatur interpoſita ad immediatum ſuperiorem,quia illa eſt via magis ordinaria, & minus præiudicialis alteri parti, nam ad Papam iure quodam ordinario eſt appellandum , quo in dubio appellans non cenſetur vti. ar.in l.in teſtõ.in fi.C.de mil.teſta. ubi miles in dubio non cenſetur vti priuilegio militis,ſed iure cõi,& iſta pars vr̃ mihi æquior, & melior quantum ad hoc,vt aduerſarius excuſetur, ꝙ non comparuit coram Papa,qa non debuit præſumere fuiſſe ad eũ appellatum , ſi tñ appellans proſequeretur coram Papa , & faceret illum citari ad proſequendum,deberet ibi comparere, valet ergo & præſumitur ꝙ voluerit appellare ad immediatum ſuperiorem, iſta tñ præſum-
6 ptio recipit probationem in ꝯtrium. ¶ † Ex prædictis rñdetur quid iuris ſit ſi appellatio interponatur alternatiuè ad talem, vel ad talẽ, an valeat attenta incertitudine, & certè de iure ciuili valet, quia nõ redditur incerta,dummodo vnus de illis ſit Iudex competens,vel maior,aut æqualis cum competẽti, ſecus ſi neuter competens, & vterque minor competente per iſtum text. De iure autem canonico ſi ambo ſunt inferiores ad Papam , idem per omnia , quia in illis eſt appellandum gradatim.vt in c.dilecti,extra.eod.titu.ſi uero appelletur ad Papam, vel Archiepiſcopum alternatiue, ſeu ad alterum inferiorem,tunc ſiue inferior non erat competens, valet quia Papa eſt competens,& ad ipſum ſolum cenſetur interpoſita.ſed ſi alter erat competens , & ſic duo ſunt competentes, vr̃ ꝙ ſit nulla propter incertitudinẽ.argu.ff.de ſtip.ſer.l.ſed & ſi ita.in fi.uel poteſt dici, ut ſ.dixi.Si tamen appellans reſeruaſſet ſibi electionem,& poſtea durante adhuc termino ad appellandum eligeret, & aduerſarium certificaret, clarum eſſet.ſi hoc non faceret crederem quod ſ.dixi de iſto articulo, uide per Ioan. And.in c. is cui.de offic.deleg. in glo.lib.vj.& in regula in alternatiuis.in mercurialibus.& in addi: Spec.de appel.§.nunc tractemus.

---

1 *Appellatio quando non fit incontinenti poſt latam ſententiam, ad hoc vt valeat quæ requirantur .*

2 *Appellatio an debeat fieri in ſcriptis.*

3 *Quòd debeat continere perſonam appellantis,quid ſi eſt procurator.*

4 *Appellatio cenſetur interponi etiam aduerſus iudicem,qui ſententiam tulit,& an ille iudex ſit citandus in proſecutione appellationis , & ſufficit quòd exprimatur nomen appellatiuum, puta officij, vt contra ſententiam latam per vos dominum poteſtatem .*

5 *Tenor ſententiæ debet reſcribi in ſcriptura appellationis , & an debeat reſcribi de verbo ad verbum .*

*Qualis libellus detur iudici , qui ſentẽtiam tulit, & qualis iudici ad quem fuit appellatum .*

6 *Appellatione facta viua voce ſi poſtea intra tempus appellandi quis appellet iterum in ſcriptis, quam appellationem debeat proſequi .*

7 *In appellatione an debeat exprimi cauſa,propter quam appellatur,*

8 *An expreſſa vna cauſa in appellatione, poſſit appellans ab ea recedere,& aliam proſequi .*

1 **§.Libelli,qui.** † Appellatio qñ non fit incontinenti poſt latam ſententiam ad hoc vt ualeat,requiruntur quattuor.ſ.ꝙ fiat in ſcriptis,quæ ſcriptura dr̃ libellus appellatorius,& ꝙ contineat perſonam appellantis, & perſonã iudicis,qui ſententiam tulit,& ſententiam a qua appellatur, hoc primo:ſed ſi fieret incontinenti apud acta.i.antequam iudex ſurgat a bancho,nullum iſtorum requiritur, ſed ſufficit, ꝙ dicat viua voce appello.hoc ſecundo.Nomen verò aduerſarij ꝯ quem appellatur
a neceſſario non debet exprimi. & ideo ſi ſunt plures aduerſarij [a] in eadem cauſa,& exprimatur nomen unius tantum,appellatio ſortitur effectum,etiam quo ad alios nõ expreſſos, non ſic ſi ſunt plures, aduerſus quos lata eſt ſententia , quia ſi nomen unius tantum continetur in appellatione,cæteri non videntur appellaſſe, hoc ter
b tio.Cauſa etiam propter quam appellatur [b] non eſt neceſſario exprimenda,& ideo ſi exprimatur vna,poteſt appellans ab ea recedere,& aliam allegare,uel cũ illa adiũgere.hoc quarto,& vltimo vſq; ad l.ab executore.& ſunt text.no.Spec.autem.eod.titu.in iiij.parte ſpe. videtur addere alia quattuor. ſ. ꝙ contineat nomen iudicis ad quem appellatur,ſed de hoc dic,vt dixi in præced. §. Item diem latę, & hoc bñ placet , & ad hoc, vt videatur an appellet intra tẽpus appellandi.Item diem applonis interpoſitæ, ſed hoc non placet,ꝙ ipſe appellãs in ſcriptura appellationis,quam dat debeat hoc exprimere,dicendo hodie appello.quia intelligitur, etiam ſi non dicat.ſ. de verbo.obl.l.liber homo.§. decem,ſed notarius, qui rogatur de interpoſitione applonis,bene debet tp̃s applonis ĩterpoſitæ interponere,quia illud eſt ẽt tẽpus inſtrumenti.Item & addit quartam , ꝙ petat apoſtolos in eadem ſcriptura,ſed certe licet iſtud ſit de more,& quotidie ſolet fieri,non tamen eſt neceſſarium , vt voluit hic gl.fi.huius §.quia ſtatuitur tempus xxx. dierum ad ipſos petendos poſt applonem interpoſitam, quod dic, vt extra eo. c.ab eo.lib.vj.
2 ¶ † Circa primum de ſcriptura,quam dicit hic requiri,no.ꝙ requiritur,ꝙ appellans portet eam in manibus cum appellat,nec eſt curandum an ſit ſcriptura publica, vel priuata, debet tñ facere notarium rogatum de confectione talis ſcripturæ, & notarius ponet tenorem illius de verbo ad verbum in ſuo inſtrumento,itaꝙ ſi poſtea perderetur originale,ſtaretur inſtrumento.vt C. de teſta.l.publicati.nec ſufficeret ſi ſcripturam non portaret, & uiua voce diceret,appello,& faceret redigi in ſcriptura per notarium,quia iſta nõ eſſet appellatio in ſcriptis,ſed viua voce in ſcriptura redacta,niſi notarius in inſtrõ adijceret iſta verba, in ſcriptis appellauit, vel niſi illã ſcripturam,poſtq̃ eam confecit,in præſentia appellantis, & iudicis legat.& hoc fuit de mente Spec.in d.tit.§.j. in quarta parte Spe.ſed quando portat ſcripturam, & facit notarium rogatum de confectione, non expedit ꝙ tunc legatur coram iudice,vt eſt hodie caſus in c.applo.extra eo.tit.li.vj. Applo verò ab interlocutoria ſiue fiat

---

ADDITIONES.

a ¶Aduerſarij.An licitum ſit dare pecuniam aduerſario meo , vt deſiſtat a lite.vide per Pau.de Caſt.in l.j.in j.col.C.de pœna iudi.qui male iudi.

b ¶Appellatur,Adde Io,An.in c.ſup eo.de app.idẽ in c.ij.de no. ope.nunc.

a fiat incontinenti,ſiue ex interuallo,debet fieri in ſcriptis, a ut eſt hodie caſus.eo.tit.c.j.lib.vj.licet glo.hic in l.ſeq.in fi.primæ glo. teneat, ꝙ ſiue incontinenti,ſiue ex interuallo non requiratur ſcriptura, ſicut nec in ipſa interlocutoria,quod poſſet procedere forte de iur. ci.quia non reperiebatur expreſſum,ſed de iu.cano. ſecus.tñ ius canonicum ubique in hoc ẽt in terris imperij ſeruatur,quia ubi deficit ius ciuile,recurritur ad canones,vt no.in cap.j.de ope.no.nunc.
3 & in l.priuilegia.C. de ſacroſ. eccl. ¶† Circa ſcdm de pſona illius,q̃ appellat notandum,ꝙ ſi appellat procurator,ɔ̃ quem lata eſt ſnīa, non debet exprimere nomen dñi,ſed ſuum,quia ipſe eſt qui appellat,pōt tñ appellare,vel nomine dñi,vel ſuo proprio noīe, tāquam dñs litis,ut eſt tex.cum gl. j.eo.l.ab executore.§.j.ſm Bart.Ang.vr ibi tenere ɔ̃rium,ꝙ ſuo proprio nomine non debet appellare,quia ſua nō intereſt,ergo &c.ut j.de app.reci.l.j.cautius eſt,ꝙ dicat,ego procurator talis appello,& cenſetur procuratorio nomine dñi ap
4 pellare.ut ſ.de inſtit.l.fi.¶ † Circa tertium no. ꝙ applo cenſetur interponi etiam aduerſus iudicem,qui ſnīam tulit, & ex hoc vr, ꝙ ille iudex ſit citandus in proſecutione appellationis,ɔ̃rium tñ determinat Inn.nec prætendat intereſſe in c.cum ſpālis.extra eo.ſed in recuſatione bene citatur,vt ibi, quia ſigillat perſonam. ¶Item nō eſt neceſſe exprimere nomen proprium in applone,ſed ſufficit,ꝙ exprimatur appellatiuum,puta officij,ut ɔ̃ ſnīam latam per uos dñm
5 poteſtatem &c.¶†Circa quartum no. ꝙ tenor ſnīæ debet reſcribi in ſcriptura applonis puto, ꝙ ſi non reſcribatur de verbo ad uerbum,dum tñ contineatur effectus.& tales demonſtrationes,ex q̃bus reddatur certum aduerſus quam ſnīam appelletur,ꝙ hoc ſufficiat, quia res ſufficienter demonſtrata alia demonſtratione non indiget.l.j.in fi.de do.prælega.& iſte libellus appellatorius datur iudici,qui ſnīam tulit. eſt & alius de quo non loquitur iſte tex.qui poſtea datur iudici ad quem appellatum fuit, in quo etiam narrat de applone interpoſita, & petitur pronunciari bene appellatum, & male iudicatum.& de hoc libello nihil hr hic,nec alibi,nec eſt neceſſarius,licet ſit de conſuetudine.& ideo Spec.ponit eius formam in d.tit.ſed ſufficit illam applonem interpoſitam coram iudice a quo producere coram iudice ad quem,& viua uoce petere pronunciari bene appellatum,& facere per notarium redigi in ſcriptis hāc petitionem abſque noua ſcriptura,ita ſentit Inn. in c. cum contingat.
